


3 to 7 '17

No. 1  
21-148

Biblioteca Universitaria	
WIR	
no.	a
stante	34
UNIVERSITÀ	176



*El Col de la Cruz de los de Granada. P. 173*

# CATECHESSES


Mytagogicæ pro aduenis  
ex secta Mahometana.

B-11635

*Ad Parochos, & Potestates.*


PHILIPPO .II. HISPANIARVM  
Regi Catholico.

*Auctore Petro Guerra de Lorca, Doctore  
Theologo Granatensi.*



MADRID  
Apud Petrum Madriganum

Anno M.D.LXXXVI.






1872  
C. A. T. E. C. H. E. S. E. S.

Physiognomy and  
Character

1872



1872

1872

**L**iber cui titulus est, Catechesis mystagogica pro aduenis, seu pſelytis ex secta Mahometana, auctore Petro Guerra de Lorca; Doctore Theologo, nihil continet: fidei, aut bonis moribus aduersam, quin immo auctoris zelum pro domino Dei in primis laude dignum iudico, eiusq; doctrinam institutionis conuerſorum ex Mahometi secta vtilem cenſeo. Madridi. 14. Kalendas Ianuar. M. D. LXXXV.

Petrus Lopez de Montoya,  
Doctör Theologus.

T A S S A.

**Y**O Pedro çapata del Marmol, secretaric del consejo de su Magestad, doy fe, que los señores del dicho consejo, de pedimiento y suplicacion del doctör Pedro Guerra de Lorca; rezino de Granada, tassaron vn libro intitulado Catechesis mystagogica pro aduenis, &c. Que con licencia de su Magestad imprimio, a tres marauedis el pliego en papel. Y al dicho precio, y no mas, mandaron que se venda. Y que primero que se venda ningun libro, se imprima esta tassa en la primera hoja de cada volumen. Y para que dello conste, de pedimiento del dicho doctör Pedro Guerra de Lorca, y mandamiento de los dichos señores, de la presente firmada de mi nombre, en la villa de Madrid, a diez dias del mes de Octubre, de mil y quinientos y ochenta y seys años.

Pedro çapata  
del Marmol.

Errata sic lege.

Fol.	pag.	linea.	lege
17.	1.	27.	sustentatur.
18.	2.	1.	ablatura.
22.	2.	15.	Rationi.
54.	2.	18.	prostituantur.
57.	2.	18.	

Fol.	pag.	lin.	lege
70.	2.	8.	namis.
72.	2.	5.	adipem.
72.	2.	20.	religio.
76.	1.	20.	deferendum.
77.	1.	20.	effecisset.
77.	2.	pen.	infideli.
78.	2.	20.	nostri.
81.	1.	22.	aduocabit.
82.	2.	2.	Granatenfes.
85.	1.	6.	concessis.
85.	1.	11.	dictam.
86.	1.	3.	& mori.
90.	1.	28.	prædicent.
94.	2.	19.	fauorem.
95.	1.	18.	munere.
96.	1.	6.	Bonifacij.
97.	2.	16.	episcoporū, & clericorū.
103.	2.	antep.	altare.
118.	1.	25.	aui.
		4.	causæ potissimæ.
127.	2.	14.	nominis.
128.	2.	17.	hæsitant.
129.	2.	25.	temporis.
133.	1.	17.	inquisitoribus.
		19.	binomines.
135.	1.	14.	binomij.
		15.	de fide.
	2.	antep.	summas.
136.	2.	vt.	lucem.
137.	2.	19.	altare.
141.	1.	22.	legislatoris.
145.	2.	25.	necis.
146.	2.	10.	inducunt.
150.	1.	7.	in animos.
153.	1.	15.	insurgendi.
152.	1.	penul.	diuertant.

# EL REY.



**D**O R Quanto por parte de vos el doctor Pedro Guerra de Lorca, vezino de la ciudad de Granada, nos a sido fecha relacion, que con licencia nuestra auia des impresso vn libro que auia des compuesto intitulado Catecheses mystagogica pro aduenis, seu profelytis ex secta Mahometana, y atento lo mucho que enel auia des trabajado, nos pedistes y suplicastes os mandassemos dar preuilegio por veynte años para lo poder imprimir y vender, y no otra persona alguna sin su poder, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visio por los del nuestro consejo, y las diligencias que por su mandado fueron hechas conforme a la prematica por nos fecha sobre la impresion de los libros, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y yo tuuelo por bien. Y por la presente vos damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros siguientes, que corren y se cuentan desde el dia de la data desta, vos o la persona que para ello vuestro poder oniere, y no otra alguna, podays hazer imprimir el dicho libro, que de suso se haze mencion, so pena que qualquiera persona o personas, que sin tener para ello vuestro poder le imprimiere, o vendiere, o hiziere imprimir, o vender, pierda toda la impresion con los moldes y aparejos della, y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis cada vez que lo contrario hiziere. La tercia parte para la persona que lo denunciare, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para nuestra camara y fisco: con tanto que todas las vezes que ouieredes de hazer imprimir el dicho libro durante el

dicho tiempo le traygays al nuestro consejo, juntamente con el original que enel fue visto, que van rubricadas las hojas, y firmado al fin del de Miguel de Ondarça çauala, nuestro escriuano de çámara de los que residen enel nuestro consejo, para que se vea si la dicha impresion esta conforme al original, so pena de caer e incurrir en las penas en la dicha prematica. Y mandamos a los del nuestro consejo Presidentes y Oydores de las nuestras audiencias, alcaldes, alguaziles de la nuestra çasa y corte, y çhancillerias, y a todos los corregidores, Asistente, gouernadores, alcaldes mayores y ordinarios, y otros iuezes y justicias qualquier de todas las ciudades, villas y lugares de los nuestros Reynos y señorios, y a cada vno y qualquier dellos, que guarden y cumplan y executen esta nuestra çedula y merced que assi vos hazemos: y contra su tenor y forma, ni de lo en ella contenido no vayan, ni passen, ni consientan yr ni passar por alguna manera so pena de la nuestra merced, y de veynte mil marauedis para la nuestra çámara. Dada enel Pardo, a veynticinco dias del mes de Otubre, de mil y quinientos y ochenta y seys años.

Y O E L R E Y.

Por mãdado de su Magestad.

Juan Vazquez.

TITVLI  
CATECHETICI  
cum suis sacris lectionibus  
recensentur.

Prima Catechesis.

**D**E secta Mahomedi abiuranda: & lectio .D. Pauli  
ad Galat. c. 4. versatur, Nunc autem ò Galatz, &c.

Secunda Catechesis.

**D**E habitu, & lingua relegandis: & lectio legitur ex  
.D. Paulo ad Ephes. 4. Vos autè non ita didicistis  
Christum, &c.

Tertia Catechesis.

**D**E inuocatione dæmonum vitanda: & lectio ex  
.D. Paulo ad Colioss. 2. adducitur, Videte, ne quis  
vos decipiat, &c.

Quarta Catechesis.

**D**E ritu circumcisionis abolendo: & lectio sumitur  
ex .D. Paulo ad Galat. 5. scate, Et nolite iugo ser-  
uitutis contineri, &c.

Quinta Catechesis.

**D**E Fornicatione fugienda: & lectio inducitur ex verbis Apostoli ad Ephes. 5. fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis.

Sexta Catechesis.

**D**E Alijs Mahometanz sectæ ritibus profligandis: & lectio legitur ex c. 6. ad Romanos, humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ, &c.

Septima Catechesis.

**D**E Superstitione in cibus vitanda: & lectio sumpta est, ex c. 14. ad Romanos, infirmum autem in fide affirmate, &c.

Octaua Catechesis.

**D**E Communionem cum Sarracenis interdicenda: & lectio subinfertur ad Galat. cap. 1. Miror, quòd sic tam citò transferimini, &c.

Nona Catechesis.

**D**E faciendo profelyto ex secta Mahometana: & lectio proponitur ex D. Paulo. 2. ad Corinth. 6. nolite iugum ducere cum infidelibus, &c.

Decima Catechesis.

**D**E Doctrina puerorum: & lectio habetur ex priori ad Corinth. c. 3. Tanquam paruulis in Christo lac potum vobis dedi, &c.

Vndecima Catechesis.

**D**E Catechizandis rudibus: & lectio reuocatur ex Paulo

Paulo. 2. ad Timoth. 4. prædica verbum, infra opportu-  
nè, & importunè, &c.

Duodecima Catechesis.

**D**E Cura pro mortuis gerenda: & locus. D. Pauli. 1.  
ad Corinth. 15. declaratur, notum vobis facio fra-  
tres euangelium, &c.

Decimatertia Catechesis.

**D**E Legibus conditis, & condendis: & lectio Pauli  
. 1. ad Timoth. 1. infertur. Scimus autem, quoniam  
bona est lex, &c.

Decimaquarta Catechesis.

**D**E Hæreticis puniendis: & D. Pauli in hæreticos  
diuectio exponitur, Hæreticum hominem post  
vnam, & secundam monitionem deuita, &c.

Decimaquinta Catechesis.

**D**E Regimine spirituali profelytorum: & Pauli mo-  
nitio ad Titum. 3. affertur, admone illos principi-  
bus, & potestatibus subditos esse, &c.

Decimasexta Catechesis.

**D**E Regimine temporali profelytorum: & theore-  
ma ex. D. Paulo ad Romanos. c. 13. sc. mitur, Vis nõ  
timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex il-  
la, &c.

L A V S D E O.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

1950

1950

1950

1950

1950

1950

# PHILIPPO .II.

## HISPANIARVM REGI

*Catholico, Petrus Guerra de Lorca, Do-  
ctor Theologus Granatensis.*

*S. P. D.*



VM Mecum ipse tacitus perpen-  
derem, Catholice Philippe, virus  
illud pestilentissimum reliquiarum  
sectæ Mahometanæ, nondum in  
Hispania extinctarum, sed nostro  
magno malo cotidie renascentium,  
pullulâtiumq;, huc animum meum  
appulli, vt pro virili nostra portione, ac doctorali munere,  
in illis extinguendis attentior insudarem: ac Deo dâ-  
te illud nobis eueniret, vt proximorum in fide infirmâ-  
tium, tam animarum quàm corporum salutem colerem,  
& illam modis omnibus negotiarer. Sed quæ me in tan-  
rum opus, ab alijs curis distractum, vel volentem, vel no-  
lentem traxerint, suo ordine enarrare incipiam; quò &  
animus offer erga tuam, Philippe maxime, obsequium  
apertus sit, & qui hoc opere nunc temporis à me iuuan-  
di, leuandiq; veniunt, id in animos suos inducant, me de  
illorum spirituali salutè tecum tantumdem agere. In  
primis zelus pro domo Dei comedès me, si forsam Deo  
pro nobis ad prælium cum istis Mahometanis descen-  
dente, eorum falsa dogmata, vera ac pia hæc: confutatio-

nē humi prosternam tum suis assertoribus suo Mahomede, & operibus carnis valde deuotis. Deinde horum infirmorum sollicitudo me huc, illucq; paulò momento impellit, vt si voti nostri compos iam nunc factus (prout à Deo cotidie efflagito) eos omnes ad æternam salutem prouocando, ad sanam mentem, ac bonum de Deo sensum reducam. Subinde anxium, ac sollicitum alia post

*Mat. 25.* modum me vexat cura, qualiter accepto talento bonam

*Luca. 19.* illius rationem proprio domino redditurus sim, & profelytis istis ex secta Mahometana, quasi luctro nostro accrescēte, ad Deum conuersis, & me à Deo remuneratore audiente, quia in pauca fuisti fidelis, intra in gaudium domini tui. Quæ omnia ad iustam trutinam librata, nec ab isto labore deterrere, nec ab eodem iam incæpto desistere, nec in media via lassum permanere, nec deniq; ab optata metha, cursu nostro iam iam contingēda, sponte mea properantem, retardare me fecerunt. Sed & alia mentem meam cogitatio subiit, quæ olim re-

*Cic. lib. 1. offic.* thorices Principem ad labores multos deuincendos pro patriæ salute exagitabat, hominem, scilicet, ita à natura comparatum, vt non sibi soli, sed & patriæ, & amicis natum videre sit. Cuius sanè exemplum non tantum suæ tempestatis percelebres viros, quos illa ætas & habuit, & coluit plurimos, sed & reliquos quosque vsque ad mundi periodum ad omne virtutis opus, & patriæ, & amicis in tempore impendendum, fortiter ac suauiter traxit. Quibus tandem rebus commotus (Deo optim. max. pro nobis hoc ita disponente) vni Theologiæ amariæ meæ dulcissimæ, ac iocundissimæ, sacerdotium Christi regale, quasi opportunum ac faciendum socium in via nostra maritandum fuisse, coniudgendumq;

gendumque, iam olim ipse animo meo persuasi, quibus  
præsidijs, cordisq; mei delicijs semel illectus, fretusq;  
multum, tanto operi lubentius accingor. Quid enim,  
nunc superest, postquam spiritualementem medendi artem à  
Deo, & Christo eius, huius tãni boni primario auctore,  
qui in sortem sacerdotalem me, licet indignum, transtu-  
lit, affectus fuerim, nisi & chirurgi, ac medici munus  
exequi in ægris istis subleuandis, & infirmis quibuscun-  
que in fide assumendis. Ille etenim, qui est medicus ac  
medicina, sacerdos & hostia, vnctus & vnctio Iesus  
Christus dominus noster, dedit suis apostolis, ac sacer-  
dotibus omnibus potestatem calcandi supra serpentes,  
& scorpiones, & curandi omnes languores, & infirmi-  
tates. Cum autem illud vnum ab iniuncto munere, ac  
sancto proposito deterreret, ipsa scilicet maleualētium  
conditio, quæ & medicum respuere, maledictis perse-  
qui, iniurijs afficere, medicinam abhorrere sæpius so-  
leat, utpote quæ innata grauedine cum sanis non con-  
sentiat, nec benè diiudicet, quid oculis acre seu mordax  
collyrium, quid auribus admotum pharmacum, quid  
græue olens naribus pastillus, pro recuperanda valetu-  
dine, præstare possit, iam nunc illud mihi faciendum  
existimaui, ut qui solus istius infirmi nec linguam fre-  
nare, nec ab iniurijs cohibere, nec manus aut pedes pro  
admouenda medicina vincire, quod, velit nolit, illam  
acceptet, ac magnificet, ad te vnum, Philippe maxime,  
regali ac suprema potestate fulgentē, quē parē, immò  
ad maiora studia potentiorē cunctis nouit orbis, sup-  
plex deuenirem, & humiliter deprecarer, ut proleuan-  
do infirmo hoc, qui nuper in latrones, id est, dæmonē,  
& Mahomedum, toti Hispaniæ tuæ, immò creato in super  
orbi

orbi insidiantes, miserè incidit, pro innata tua virtute mihi socium te ipsum præbere velis, vt in stabulum ducamus ambo, postquam iacentem in via leuauerimus: & dum alter ex promptuario ecclesię medicamina pro ducit, ligatq; fortiter vulnera Christi vino & oleo perlinita, alter interim tantisper teneat, ne forsan mederi recuset, curamq; illius habeamus adinuicem, donec pristinam sanitatem recuperet. Nec multum profectò à tam munifico ac liberali principe, qualis Philippus noster ab omnibus iudicatur, exposuisse ratus sum, cum soleat ipse pro suorum subditorũ salute omni periculo sese exponere, nulli labori parcere, ac singulis in sua republica malis emergentibus intrepidus sese opponere, quò illam saluam, ac liberam vel solus reddat. At si Ecclesię Romanę res agatur contra illius hostes acerrimos primus armatus incedit, vt eos vel vnire denuò, vel si nolint, longius ab ea propulsare, & quasi ad exteras & barbaras nationes profligare solus cõfidat. Nouit enim ipse qualiter ecclesię filiũ, viribus alijs ac potentia præditum, deceat multum, hæreticos quosque reuincere, armamentarium contra illos ad manus habere, arma sua expedire, gladio & ense præcingi, quibus decenter ornatus non tantum hastis contortis, bibratisq; sagittis eisdem subitæ internecioni dare, sed illis etiam orthodoxę veritatis quasi cuspidem leuiter præfixis, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurfu, & dæmonio meridiano tueri quidem, ac defendere valeat. Qui vt probè hætenus contra hæreticos quosq; dimicauit, quorum aliquot subegit, reliquos verò nunc tandem Deo duce extinguet, vnum profectò superest sibi perficiendum, contra istos sectę

Maho-

Mahometanæ secretos cultores, & occultos totius Hispaniæ hostes insurgere, vt salubria à suis prælatis, medicisq; spiritualibus propinata pharmaca in hoc tempore acceptabili degustent, imbibantque. At si resipiscere pro sua perfidia nolint, vicem suis sceleribus commertam rependant, ne si inulti maneant, nostræ Hispaniæ tanquam clamularij canes magis ac magis in dies infidientur, eamque funditus perdāt. Memor namq; pro hoc opere, quasi penso suo absoluendo, noster Philippus esse debet, quòd Catholici Principis nomen, honorificumq; titulum perferat, quo ab atavis suis, Ferdinando & Isabella, fuerit condecoratus. Qui sicuti iam olim ab omnibus Castellæ finibus Iudaismi, ac Sarracenismi cultores longius propulsarunt, & à suis dictionibus extorres fecerunt, ita eorum pronepos Philippus noster de reliquijs eorum prouidēdū, consulēdumq; in suum animum inducat, quatenus tanto titulo opus hoc eximia laude dignum respondeat. Quæ enim illos principes sui decreti publicati ratio ad exemplū hoc impulit, hæc prorsus Philippum nostrum, charam, ac certam tantorum regum sobolem, & auitæ virtutis legitimam heredem longius vtiq; impellet, cum iam olim ad regni Hispanici fastigium conscendens (prout in decretis concilij. vj. Tolet. can. iij. est demandatū) certò Sacramento ad id faciēdum fuerit astrictus. Quòd autem Philippus noster facturus sit istius decreti præmaturam executionem, inter alia nō parua, nec tenuia argumenta, quæ de tanto principe circūferuntur, illud plenè conuincit, quòd apud eum cunctis Hispaniæ ciuibus multò securissimum foret propugnaculum, tutaq; totius Christianæ religionis principia, vtpote qui nē appellatione tantum

tantum Rex Catholicus, ac fidei Christianæ defensor  
dicitur, sed re quoque ipsa iam dudum Christiano orbi,  
immortali cum gloria id fecisset illustrius cōtestatum.  
Quare ut rectā qua cœpisti via, Catholice, inuicteque  
Philippe, ut pergās, oro: & qui regni Granatēsis natura-  
les ciuēs nuper rebellātes domuisti, superbos debella-  
sti, subiectis pepercisti, horū superstitēs, ac ceteros quos  
q; tuæ ditionis ex secta Mahometana, p̄selytos ad Chri-  
stianā religionem, & communem mansuetudinem cū  
reliquis Hispanis ciuibus, Christicolis veteranis, iam  
nunc componas, ac pro tua regia humanitate fouere,  
ueri que semper digneris. Nostrum præterea laborem  
hunc pro illis omnibus in fide assumendis, catechizan-  
disque bene insumptū, grato vultu recipias, quo & fru-  
ctus huius operis crescat, & Hispania multis fidelibus  
adaucta, apud cunctas orbis nationes plurimum valeat  
gloriari. O vtinam Christus Iesus votis nostris annuat,  
ac te, Philippe maxime, religionis Christianæ certum  
asylū, ac bonarum literarum vnicum ornāmētum, diu  
incolumem seruet, tuisq; posteris Hispanica regna dila-  
ret, seruetq; in vltimum mundi diem. Vale, ac me tuo  
nomini multum deuorum, tuæq; seruituti  
perpetuò addictum, tuo fauore  
leuato.

# EPISTOLA

## exhortatoria.

Hispanis Præsulibus, & delectis à se parochis pro-  
felytorum ex secta Mahometana, Salutem spi-  
ritualem, & aeternam pro suo labore merce-  
dem auctor precatur.



**L**LV D Profectò vnum, quod à Christo *Math. 25.*  
edocti catholici omnes profitentur, quatenus  
& publici muneris, & accepti talenti, singu-  
li quique rationem Deo sunt reddituri, me omnino coegit,  
tum accepto talento, quod in terram non licebat abscõ-  
dere, proximorum in fide infirmantium salutem nego-  
tiari, tum etiam prælatis, parochisque eorum in memo-  
riam reuocare, quatenus ad catechismũ omnium prose-  
lytorum ex secta Mahometana in hoc tempore sue salu-  
tis acceptabili, teneantur. Hic enim dies salutis his gẽ-  
tibus illuxit, si pro sua catechesi suos præsules, paro-  
chosque, negotiantes videant. At verò zelus salutis pro-  
ximorum, & importuna multorum præsulum, & pa-  
rochorum petitio, pro hoc opere catechetico compilado,  
& in publicum edendo, me impulere, quatenus in Dño  
confidamus omnes in administraculũ parochorum, & subdi-  
torum leuamen, tantum opus fore cessurum. Neque verò  
quẽquam latere arbitror, quid Christus seruator noster

A pro





Matth. 18.

Luca. 15.

pro vna tantum deperdita oue (vt in parabola habetur) & querenda, & in suum ouile reducenda præstiterit, & quibus pastoribus seruandam tradiderit, tanquam illius rationem exactam suo domino reddituris: quibus etiam sub mandato iniunxit, ne pastoribus mercenarijs, qui voraces lupos ab hoc ouili arcere nolunt, & ab eis fugiunt, committerent. Quò verò huius rei excusa-

Ioan. 10.

Inuamentum  
Episcoporum  
in cōsecratio  
ne.

tionem non audeant pastores ecclesie prætexere, ab illis in sua consecratione sacramentum exigitur tam de custodiendis ouibus, sibi à primario pa<sup>l</sup>ore, & Christi vicario in custodiam traditis, quam de reddenda in integrum de illis ratione, vt qui id minus fecerint, ipsi soluendo sint, quasi facti rei, vel vnius de perditæ tantum ouis, pro qua Christus mortuus est.

In vita. D.  
Greg. Pape.

Hoc autem graue onus sibi iniunctum. D. Gregorius Pontif. Max. miris lachrymis deplorabat: vnde in hec verba prorumpere erat solitus: Hei mihi, quod si vnam tantum ex Christi ouibus mea culpa perire contingat, quia pro illa animam meam sponpondi, damnum suo domino tenebr̄ restituere, nec pro me alius fideiussor debitum soluet. Diuus etiam Bernardus, dum abbatem quendam sui ordinis vita functum, vinculo mutue charitatis suis lachrymis redimere optaret, suam electionem in abbatem deplorabat dicens, abbas fuit, & ego, ille iam sui muneris rationem dedit, & ego nescio qualem iniuncti officij sum redditurus. Huius autem periculi notissimi causa,  
multi

In quadam  
epistola.

multi sunt timorate conscientie viri; qui episcopale munus omnino recusant, ac sibi soli vivere sanius eligunt, quam saluti proximorum interdum deficere. Quorum laudo consilium, & ambientium tantum minus damno desiderium cum doctore angelico. Qui pro suo ingenio bene distinguit inter petitionem cathedre Theologicae, & officij episcopalis: nam illam (inquit) licebit appetere, officium autem pastorale, quod miram requirit charitatem, non ita. Qui enim episcopatum desiderat, cui annexa est virtus charitatis, quasi de possessione illius praesumens, de se perba elatione palam conuincitur, ac proinde de amissione charitatis, si forte illam habebat. At e contra qui laborem impositi oneris humiliter non recusat, ad salutem animarum attentus, a. D. Paulo sic commendatur, ita sancti doctores huc le Sed admissio munere ab ecclesiae pastoribus & laborandi, & subditis prodesse magis quam in illos dominandi, utrumque panem suis ouibus imperiri student cum fidelitate, & prudentia: ut pro illis dicatur euangelicum illud paradygma, Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram. Et quia de neochristiani humoris in fide formadis futura est nostra institutio, cunctis ecclesiae episcopis, quorum curae nunc isti subsunt, praesulum Granatensium, & Valentinarum exemplum ob oculos eorum ponam, quidum

S. Th. quodlibet. 3. q. 4. ar. 9. & 22. q. 185. artic. 1. & 5.

ita sancti doctores huc le cū exponunt.

Luc. 10.

Praesules Granatens. & Valentini pro salute Moriscorum laborant.

diuerent, somno, labori, cibo, potui non parcentes; in illis ad Christum suauiter trabendis, perpetuò inuigilarunt, & à se delectis parochis certà catechesin pro illis absoluendam in scriptis tradiderunt. Ipsi verò omnem lapidem in tanto opere mouentes, vel in lingua Arabica mediocriter instructi, vel suo vulgari sermone, de salute suorum subditorum cum ipsis cotidie agebant, & verbum Christi in tempore annuntiabant: quoniam ex Apostolo didicerant, fides ex audi-

**Ad Rom. 10** tu, auditus autem per verbum Christi perficitur: &  
**Eccles. 32.** ex Salomone iubente, Vbi auditus non est, non effundas sermonem. Quare, vt concludam, illud postremò nostris pastorib<sup>9</sup> referā, quod olim Christus Saluator noster perfidis, auarissq; Phariseis vitio, & probro dedit.

**Luca. 11.** & **Va vobis** (dicens) scribe, & Pharisei, qui circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum profelytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vris. Oportebit ideò non tantū in faciendo profelyto laborare, sed etiā totis viribus incubere, ne à fide suscepta quoquomodo deficiat: hic est enim animus Christi magistri nostri in redarguēdis tum Phariseis, tum etiā reliquis suæ ecclesiæ pastoribus. Discant proinde omnes, ad quos Christus loquitur in adducta parabola perditam ouem sollicitè quærere, quesitam reperire, repertam super humeros leuare, & ad salubria ecclesiæ pascua reducere. Tunc namq; gaudium obueniet angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente, quàm super  
nona-

**Luca. 15.**

**Maith. 18.**

nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Quapropter precemur omnes supplices Christum Iesum, pastorum omnium formam, qui pro suis ouibus quærendis, redimendisq; ad nos venit, & quibus suum corpus, & sanguinem incibum, & potum dedit: vt substitutis pro se pastoribus in sua ecclesia spiritum gratiæ quærendi, inueniendi, curandi, leuandiq; super humeros suos deperditas quasque oues, benignus conferat, quò fiet, vt suas, & subditorum animas in Christo luceant, & ad cœlestia pascua feliciter perueniant. Quòd si digestus hic noster labor, pro his ouibus ad Christi ouile reducendis, rudibusq; catechizandis, pastoribus Christi quidquã præstiterit, Christo Iesu, totius boni primario auctori acceptum referamus, qui mensuram bonam, confertam, & coagitatam dabit in sinum eorum, qui pro salute suarum ouium parum, aut multum insudauerint. Denique nos in lectorum gratiam collectanea quædam ex singulis catechesibus intulimus, vt si quando lectorem protracta catechesis fastidiret, eadem breuius collecta, ac mira varietate referat, ipsum delectaret, atque ad percurrentem lectionem moneret.

Collectanea  
ex catechesi-  
bus lectori  
erunt vtilia.

# VITA MAHOMEDI falsi prophetae, ac demonis ministri: collecta

per. D. Eulogi varijs in locis suorum operum,  
quae in margine apponuntur.

1  
Ex Apolo-  
getico marty-  
rum post ini-  
tium. fol. 80.  
lib. 1. memo-  
riale sancto-  
rum. fol. 17.



**M**XORTVS Est Mahomat hæresiarchæ  
tempore Heraclij imperatoris, anno imperij  
eius septimo, currente Era sexcentesima, quin-  
quagelima sexta, anno Christi nati sexcentesi-  
mo decimo octauo. In hoc tempore Ilidorus  
Hispalensis Episcopus in Catholico dogmate  
claruit: Et Sisebutus Toletō regale culmen obtinuit. Ecclesia  
Beati Euphrasij apud Illiturgi urbem ædificatur super tumu-  
lum eius. Toletō quoq; Beatæ Leocadiæ aula miro opere, iu-  
bente prædicto principe, culmine alto extenditur. Obtinuitq;  
prædictus Mahomat, nephandus propheta principatum annis  
decem, quibus expletis mortuus est, & sepultus in inferno.  
Exordia verò eius fuerunt talia. Cum esset pupillus factus est  
cuiusdam viduæ subditus: cumq; in negotijs cupidus sex nerator  
discurreret, cœpit iam Christianorum conuenticulis as iduè in-  
teresse: & vt erat astutior tenebræ filius cœpit nonnullas colla-  
tiones Christianorum memoriæ mandare, & inter suos brutos  
Arabes cunctis sapientior esse. Libidinis verò suæ succensus fo-  
mite, cū patrona sua iure barbarico in ira congressus est. Mexq;  
erroris spiritus in speciē vulturis ei apparēs, os aureū sibi osten-  
dens, angelum Gabrielem se esse dixit, & vt propheta appare-  
ret, impetrauit. Cumque repletus esset tumore superbix cœpit  
inaudita brutis animalibus prædicare, & quasi ratione quadam,  
vt ab idolorum cultu recederent, & Deum incorporeum in coe-  
lis adorarent, instituit. Occulto quoque Dei iudicio (qui olim  
per prophetā dixerat Ecce ego suscitabo super vos Chaldeos,  
gentem amaram, & velocem, ambulantem super latitudinem  
terræ, vt possideat tabernacula non sua, cuius equi veloci-  
ores lupis vespertinis, & facies eorum vt ventus vrens, ad arguendos  
fideles, & terram in solitudinem redigendam) nocere eos per-  
misit.

Abach. c. 1.

misit. Primum namque fratrem imperatoris, qui illius terræ ditionem tenebat, interimunt, & ouantes de triumpho victoriæ gloriosi effecti, apud Damascum, Syriæ urbem, regni principium fundauerunt. Psalmos denique ide in pseudopropheta in ore insensibilium animalium composuit, vitula scilicet rubræ memoriâ faciens. Araneæ quoque muscipulæ ad capiendas muscas historiam texuit. Vpuppæ præterea, & ranæ cantus quosdam composuit, vt foetor vnus ex eius ore eructaret, garrulitas verò alterius in eius labijs non desineret. Alios quoque ad condimentum sui erroris in honorem Ioseph, Zachariæ, siue etiam genitricis domini Mariæ stylo suo digessit. Cumque in tanto vaticinijs sui errore duraret, vxorem vicini sui nomine Zeid concupiuit, & suæ libidini subiugauit. Quod scelus maritus eius sentiens exhorruit, eamque prophetæ suo cui contradicere non valebat, permisit. Ille verò quasi ex voce dominici in lege sua illud annotauit, dicens, Cumque mulier illa displicuisset in oculis Zeid, & eam repudiaisset, sociauimus eam prophetæ nostro in coniugium, quòd cæteris in exemplum, & posteris fidelibus id agere cupientibus, non sit in peccatum. Post cuius tanti sceleris factum, mors animæ, & corporis illius, simul appropinquauit. At ille interitum sibi imminere præsentens, quia propria virtute se resurrecturum nullo modo sciebat, per angelum Gabrielem, qui ei in specie vulturis apparere, vt ipse aiebat, solitus erat, resurrecturum se tertia die prædixit. Cumque animam inferis tradidisset, solliciti de miraculo, quod eis pollicitus fuerat, ardua vigilia cadauer eius custodiri iusserunt. Quem cum tertia die forte ntem vidissent, & resurgentem nullo modo cernerent, angelos ideò non adesse dixerunt, quia præsentia suorum terreterent. Inuento igitur salubri (vt putabant) consilio, priuatum custodia cadauer eius reliquerunt, statimque vice angelica ad eius foetorem canes ingressi latus eius deforauerunt. Quod reperientes factum residuum cadaveris eius humo tradiderunt. Et ob eius vindicandam iniuriam annis singulis canes occidere decreuerunt, vt merito cum eo habebant illic participium, qui pro eo dignum meruerunt subire martyrium. Dignè ei quidem accidit, vt canum ventrem tantus, ac talis propheta repereret, qui non solum suam, sed multorum animas inferis tradidisset. Multa quidem,

*Mors Mahomedi quæ canes lacerauerunt.*

Vita Mahomedi.

& alia scelera operatus est, quæ non sunt scripta in libro hoc, hoc tantum scriptum est, vt legentes quantus hic fuerit agnoscant. Ecce qualibus præstigijs deditum vulgus, quantæque impietatis ducem plerique non metuunt sub nomine piæ religionis censerit, asserentes, quod ab hominibus Deum colentibus & legem habentibus, illi tyrones nostrorum temporum milites occisi fuerunt, nulla discreti prudentia, vt saltem prouido cogitamine aduertant, quia si talium cultus, aut lex vera dicenda est, pro certo vigor christianæ religionis infirmitur. Et si quod in veritate fatendum est, notitia sanctæ fidei totius mundi compita penetravit, cunctas nationes terræ peragens: nullam iam partem orbis expertem luminis eius fore confidimus. Præsertim quia in omnem terram exiuit sermo apostolorum, & in fines orbis terræ verba eorum, & omne aliud euangelium præter quod apostoli gentibus tradiderunt, anathema magis esse, quam verbum salutis fatemur, sicut dicit Apostolus: Si quis vobis euangelizauerit præter quod accepistis, anathema sit. Et Veritas ore suo discipulos contestatur dicens, multi pseudæ prophetæ surgent, & seducent multos: & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducatur, si fieri potest, etiam electi. Et iterum, Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt. Qua consequentia credendum est, dæmoniosum, & mendacium plenè veritatem proferre? fallacis obuolutum legem donare neminem peruersum fructus bonos exhibere? Ille interim nephandus de malo cordis sui thesauro proferens malum, & vulgo insipienti ducatum impietatis ministrans, vterque præcijitium in chaos æternum poenas luiturus incurrit. De quo, atque eius similibus dominus per Oseam loquitur dicens: ipsi regnauerunt, & non ex me principes extiterunt, & non cognoui. Denique inter ceteros post ascensionem domini hæresum auctores, sicut hic in faultus nouæ superstitionis sectam in illinètu diabolico cõdens, procul a cõuentu Ecclesiæ sanctæ desecitatur auctoritate præcepit legis infamans, prophetarum vaticinia respuens, sancti Euangelij veritatem conculcans, & apostolorum doctrinam detestans: qui ridiculum potius quam rerum necessariorum causas per eandem sectam suam insinuans, ore blasphemodocuit Christum Dei verbum esse, & spiritum eius, & prophetam quidem magnum, nulla verò deitatis potentia prædictum, Adæ similem, non Deo patri æqualem

2  
Damnat prudentiam corum, qui pro impia in Mahomedum religione sanctos occiderunt.

Ad Gala. x.

Matth. 24.

1. Ioan. 4.

Osee. 8.

æqualem. Qui ob meritū sanctitatis sanctō repletus spiritu per  
 virtutē Dei miraculis claruit, signis atq; portentis enituit, nihil  
 ex propria maiestate aut deitate prævalens: sed vt vir iustus, &  
 pia seruitute Deo coherens votis supplicibus ab omnipotente  
 multa impetrare promeruit. Sed & alia inaudita vanitatis scē-  
 lera prædicans, ad inuentione versipellis, a quo obfidebatur in-  
 uenta, qui se eidem transfigurauit in angelum lucis delubra in  
 quibus pessimum suum dogma coeretur, extraxit, constituens;  
 in vltimo idolatriæ ritu turrem altiore pinnaculo cæteris;  
 ædibus prominente, ex qua popul'is veneno nequitie suæ ille-  
 ctiis sacrilegi furoris concionaretur decretum, quod hodie suæ  
 impietatis sacerdotes ab illo edocti obseruant. Ita vt in ore alii  
 diffusis mandibulis, impurisque patentibus labijs, horrendum  
 præconium non prius emittant, quàm obseratis vtroq; digito  
 auribus, quod ains exequendum annunciant, quasi quoddam  
 edictum sceleris, idem ipse eorum propheta audire nō patitur.  
 Quem impietatis rudicū dum diuæ memorię aus meus Eulo-  
 gius aure captaret, ferunt continuo vexillo crucis frontem pre-  
 mientē, cum gemitu hunc psalmum solitum fuisse cantare.  
 Deus, quis simili tibi? ne taceas, neq; sileas deus, que niam ecce  
 inimici tui domine sonuerunt, & qui te oderunt leauerunt ca-  
 put. Nos autem mox, vt fallentis vocem præconiis audimus,  
 cor. estlim oramus, Salua nos domine ab auditu malo, & nunc,  
 & in æternum. Et iterum, Cōfundatur omnes, qui adorant scul-  
 ptilia, & qui gloriantur in simulachris suis. Cuius quidem erro-  
 ris insaniam, prædicationis deliramēta, & impie noui atis præ-  
 cepta, quisquis catholicorum cognoscere cupit, euidenti s ab  
 eiusdem sectę cultoribus perscrutando aduertet. Quoniam sa-  
 cram se quippiam tenere & credere autumantes, non n o lo-  
 priuatis, sed apertis vocibus vatis sui dogmata prædi-  
 cāt. Multa etiam apud quosdā nostrorū scriptorū inueniet, qui zelo Dei  
 armati aduersus ipsam vatē impudicū pudētī exar. erūt stylo.  
 Sed & nos in illo Memoriali sanctorum opusculo huius scēta  
 errores ex parte dignissimus refutauimus, & confedimus.

Ipsi quoq; sancti, qui hanc corporis cladem co litas compun-  
 cti propter veritati professionem aggressi sunt, in nullo a præ-  
 dictorum custodia mandatorum se auertunt: quia & propter  
 Deam inimicos diligentes, de salute eorum valde solliciti, ne

*Mahome-  
 di de christo  
 seruatore no  
 stroneph. riu  
 iudicium, ve  
 habet in Al-  
 rano Azor.  
 4. 13 G. 12  
 Maurorū sa-  
 cerdotes de  
 turrib' pro-  
 clamant ad  
 sua sacrificia  
 orationes:  
 Psal. 82.*

*Psal. 96.  
 Hoc propter  
 Sperandeo  
 abbatem, de  
 quoli. i. n. c.  
 morial. San-  
 ctorū in pri.  
 et habet in  
 lib. enato. fo.  
 22. G. 23.*

4



## Vita Mahomedii.

diutius labyrintho impietatis derinerentur, arguere non destiterunt. Et beneficientes his, qui oderant Christum, melius visi sunt per effusionem sanguinis v̄cordiam eorum, quam per doctrinæ verba instruere, vt relicta vanitate superstitionis, non solum Christum credere, verum etiam vsque ad mortem propter illum decertare contenderent. Sine dubio precibus, & obsecrationibus, etiam apud dominum animarum impetrantes salutem eorum, qui sæpe & incessanter Ecclesiæ membra calumniantur. Quapropter exemplo veri magistri educati, cum ad passionem traherentur, maledicti non re-maledicebant, flagellati non murmurabant, comminati silentium obseruabant: hoc solum modo ekprobrantes, quod Deo conuicium infert, & quod maiestatem tremendam impugnat. Sacrilegium, scilicet, illius vanissimi, ac perditii hominuculi prophetismum, qui non veritus est spiritu diabolico perarmatus se loco prophetarum inferere, sanctisque prædicatoribus, vt deificus euangelizator adscire: Et cum toto penè orbe euangelica præcelleret veritas, nec deesset lux fidei Christianæ à notitia gentium, quia in omnem terram sonus eius exiuit, patientibus iam domui Dauid; & habitantibus Hierusalem titionis gurgitibus in ablutionem peccatoris, & mensurate, maxime in oriente, quo mysterium incarnationis Christi speciali effectu quodam modo operatum est. Vbi quoque, & hic sceleratissimus, ac peruersus vates exortus, & enutritus est, nescio qua preceptis infania, clarentibus iam in mundo lucernis, tanto se perditionis laqueo dare præcipitem nõ extimuit, tatarumque animarum irreuerenter parricidam se fieri non expauit. Cum scriptum sit: O, quod mentitur, occidit animam. De quo olim Zacharias propheta locutus est dicens: In illa die dicit dominus exercituum: Disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra: & pseudopphetas, & spiritum in mundum auferam de terra: & erit cum prophetauerit quispiam ultra, dicent ei pater eius, & mater eius, qui genuerunt eam, non viues: quia mendacium locutus es in nomine domini. Et confringent eum genitores eius, cum prophetauerit. Idcirco huic perditio, atque spurcissimo vati resistere, virtus mactæ coronæ est: sum munque trophæum tanti deisoris cultum euertere; adeo vt si illum ætas nostra superstitem haberet,

nequa

1. Petri. 2.

Mahomedii  
impia scele-  
ra.

Psal. 18.

S. 10. 1.

Zach. 13.

nequaquam ab eius esset interitu Christicolis resiliendū, quāto magis non sit dignum eius hodie dogma venenosum infringere maledicere lectam, detestari sententiam, qui tantæ multitudinis perditionē inducens, perenni eam dedicarit barathro. Foretque (vt reor) tunc melius poenitudinem vnius occissi homunculi gerere, quam tot nationum luere perniciem: congruē vniuerso gregi consulendum arbitraries, dum vnius pecudis ē medio conati fuissent auellere contagium. Quoniam quemadmodum sine culpa non est maledicere iustos, pios persequi, aduersitatem parare electis, ita magni meriti esse crederē subuertere impios, Ecclesiæ hostibus contraire, bellum parare incredulis, & framea verbi Dei concidere aduersarios fidei: vt secundum psalmistam, contra Deo inuidentes perfecto armati odio exurgentes, non curemus de inimicitia eorū, quibus est amica impietas. Neque enim sine culpa patitur fieri patrum doctrina eos, qui improbo silentio erga dogmata torpent hæreticorum, & e regione hostibus fidei non occurrunt, aut zelo creaturis vindictam in hæreticos non exercent. Quod bene Arnobius Rhetor, dum centesimum tricesimum nonum psalmum interpretaretur, dicit: Qui pepercerit hæresiarchiis, aut prædicatoribus falsitatis, & non eos gladio fidei suæ ingulauerit; hæc ei euenire, quod euenit Sauli, quis ambigat? aut qui misericordiam suam putauerit se in hæresi permanentibus exhibere, quis neget similiter à regno Dei excludi; sicut Saul à regno humano probatur exclusus? qui vana miseratione Amalechitis parcens, subito semetipsum Dei benedictione, & regni sceptro priuatum ingemuit. Et si hoc nō, qui contradictoribus veritatis non resistunt, promittitur, quod, & quale erit vltionis discrimen nō, qui derogant electis? quia non solum expugnare hæreticos nōlunt, verūmetiam expugnantibus maledictionum armis accincti occurrunt. Hæc de vita Mahomedi collecta approposuisse sufficiant. Reliqua in Di, Eulogio perlegenda dimittuntur.

*Psalm. 128.*

*Arnobius  
Rhetor.*

**SCHO-**

# SCHOLIA AVCTORIS

in vitam Mahomedi.

1 **E**Xortus est Mahomat. Satis clarè D. Eulogius Mahomedi, falsi prophetae tempus, & mores describit, tacitus verò tanti imperatoris Heraclij, & illius temporis Christianorū principum desidiā damnat in extinguendo Mahomedo, cum suis falsis dogmatibus. Qui parua scintilla inferri in Arabia fuit, quæ paulatim decrescens, & orbem inflamans, mediam fermè eius partem igniuit, & in eternam flāmam detraxit. O utinam donet nobis Deus (quāuis conatibus nostris dæmon sese opponat) ut de illa victoriā reportemus, & hoc nostro labore, & opere catechetico Mahomedi deuotos ad Christi cultū, & Romanæ ecclesiæ obedientiā reuocemus. Huc enim labor hic noster tendit, quod à Domino (ut spero) prosperabitur.

2 Nulla discreti prudentia. Loquitur sanctus doctor de Alphachanus, seu magistris sectæ Mahomedanæ, & maioribus illius populi, qui suo Mahomedo suas animas tantum deuouerant, ut quotquot in suam prophetam aliquid dicerent, Christum Iesum, & eius euangelium annunciantes, illicò in malam crucem damnarent, ac nulle necibus in frustra decerperent: quod dum faciunt, obsequium sese præstare Deo arbitrabātur. Proinde horum religionem falsam, impiamque dijudicans, nulla discretis fuisse prudentia sanctus martyr contestatur.

3 Ore blasphemio docuit Christum, Hic error Arrii, dicentis, Christum creaturam, & Patre eterno minorem, aperitur: quem errorem à Sergio monacho Arriano Mahomedus, eius discipulus, cum alijs multis temerè imbibit. Sed paulo post demeris Asturis, suum magistrum Mahomedus interemit, ne barbari illi, a se decepti, sectam suam Sergio tribuerent, neue ab eodem de sua incantatione, & mendacio aliquando edocerentur.

Ipsi quoque sancti. De sanctis martyribus, in sectam Mahomedī inuehentibus, crebrius mentionem facit, nam ad eorum illustria martyria conscribenda (Deo pro suis sanctis ita disponente) D. Eulogius animum suum appulit. Dum verò opus peragitur, in Mahomedī sectam, & mores, & eiusdem cultorum rabiem in sanctos, de Christo testimonium ferentes, incidit. De quibus pauca, nam ad martyrum historiā anhelans p. operabat, quibuscum penè ultimus in illa persecutione martyrio vitam finivit. Cuius illustre martyrium Aluarus Cordubensis, eius discipulus, scripto nobis reliquit, & eius operibus, doctissimi historici Regij Ambrosij de Morales cura, annexum est, tamquam lectu dignissimum.

Summumque trophæum. Alludit sanctus Doctor ad militum Christianorum constantiam, tam in contemnendis inimicis principum tyrannorum, quam in resellendis erroribus impij Mahomedī. Incepit autem hæc persecutio tempore Habdalahgmani, regis Cordubensis, sed tempore Mahomedī filij sui magis increbuit. Nam palatio regio Christianos depulit, & arrepta parua occasione in reliquos, qui permissu regio cum Mauris referti vitam degebant, seuire cœpit: ut habetur in. 3. lib. Memoriale sanctorum, cap. 1.

Neque enim sine culpa. Hic feruens spiritus tanti doctoris, & martyris Eulogij, tam adscribendum contra errores istius hominis spurcissimi (si homo dicendus sit, vel non potius demò) quam ad ferendum pro Christo testimonium agnoscitur. Quis hæc legat, qui non illicò tanquam in furorem versus, non tantum calamum ad detestandas, relegandasque nenas Mahometanas, quam enssem pro interimendis Mahomedī cultoribus, non capiat intrepidus, certam de inimicis victoriam, Christo annuente, reportaturus? Velin igitur, ut ecclesie principes, & animarum rectores, tam impugnationi huius vanae sectæ, quam profelyto-

Votū auctoris de salute istius profelyterum.

*Rita Mahomedii.*

† *rum ex facta Mahometana catechismo hoc tempore, in quo in Hispania, & alijs orbis partibus, multi neochristiani ex illa secta recensentur, sese consecrunt: ac deinde, ut dum suarum diocesum tam sanctis patronis, quam patritijs diuina officia ad illorum honorem conficienda parant; hunc thesaurum antiquae historiae sanctorum, quasi nunc de terra effossum, allatis sortibus sibi diuidant, ac singulis martyribus propria officia cum suo illustri martyrio, a clero soluenda conferant. Neque enim fas est, ut illustrissimi Christi testes suo debito honore, & officio Ecclesiastico, a nobis defraudentur: nam quamuis per aliquot annos deliquerint Sancti martyres, non ita thesauro ditati, ad eorum opera imitanda, & officia sollemni deuotione peragenda, animae quietes reddantur. Quod in gloria Dei eos glorificantis, & sanctorum cum Christo regnantium honorem, & Mahometanae gentis sanctorum gloriam indignè ferentis, subitam confectionem, proculdubio cedit. Nos pro sanctis martyribus Illiberiensibus apud piissimum praesulem Grauetensem hanc operam nauauimus, his proximis diebus, patrie in qua nati sumus, licet Herrerae de Hibio in valle Sanctillano, ex familia de la Gueyra oriundi, consulentes: reliqui uero sacerdotes suum pensum absoluent, si suis sanctis patritijs, vel naturalibus subinde consulant.*

Fiant officia propria sanctis martyribus in locis in quibus orti fuerit.

Leouegildus, & Rogellius martyres Illiberiensis.

*Cuius operis merces, sanctis martyribus oratibus, à Deo nobis conferetur.*

(?)

ELENCHVS ERRORVM

falsi Mahomedii: qui in his catechesibus, vel ex professo impugnantur, vel breuiter refelluntur:

ordine Alphabeticò digestus, in gratiam le-

ctoris. Quibus perlectis Mahomedii, suorumq;

vitam, cum sua religione, sa-

cile intelliget.

A A.

**A**BRAMAM Colendus venit, quia pater Mahomedii, & suorum Agarenorum, à quo genus ducere ipsi gloriantur. 4. catechesi.

Agar, ancilla Abrahami; magis quam Sara veneranda, quæ Ismaelis, & omnium Ismaelitarum mater habetur. 4. catechesi.

Animæ, ex utroque corporibus, transeunt per fontes aquæ, & ignis, & alijs corporibus immerguntur. 5. catechesi.

Animalia, quæ non ruminant, nec habet diuisam vngulam, non sunt comestibilia. 7. catechesi.

B B.

Balneorum vsus iuuat Mahomedii asecclas pro leuiorum criminum expiatione, in quibus lotis suum phanum ingredi licet: aliàs non item. 1. catech.

Baptismus necessarius est ad salutem illis tantùm, qui ex Iudaismo ad Mahometismum transeunt. 9. & 15. catech.

C C.

Christus est vnus ex tribus prophetis, qui legem Dei populo dederunt, non autem filius Dei naturalis. 1. catech.

Circumcisio obligat cunctos Mahometanos, cum cæteris legalibus veteris legis sub grati culpa, non tamen obligat octauo, vel certo aliquo die. 4. catech.

Coitus cum bestijs licitus habetur quibusdam Mahomedii discipulis, post longam in hac vita pergram penitentiam. 5. catechesi.

Coitus

## Errores Mahomedi.

- 10 Coitus cum pueris dicitur censeri, tum illis, qui longam potentiam abfoluerunt, tum alijs, qui nuptias omnino respuere solent sibi consilium astringant. *s. catechesi.*
- 11 Deus est vnus in essentia, & potentia, & tamen trinus in personis, qui Mahomedum exaltauit prophetam suum, quem ipse ex hoc populo, sed est, totum auro confectam depingit. *i. catech.*
- 12 Deus tantum tres prophetas legesatores habet, Mosem, Christum, ac Mahomedum, qui totam Euangelij legem reformauit. *i. catechesi.*
- 13 Deus non est infinitus, sed hocq; circumscriptus, certa virtute mensuratus, ac finita mensura, ac potentia præpotens. *i. catech.*
- B E.**
- 14 Euangelium Christi, sicut & Pentatheucus, obseruari debet à Sarracenis, suo Mahomede deuotis. *9. catech.*
- 15 Rex ille dicitur, qui sectam Mahometanam, non proficitur, & secundum illam, non viuunt, extra quam nullus saluari potest. Hoc dixit Mahomedus inter priora sua oracula, postea contrarium docuit. *i. catech.*
- F F.**
- 16 Fides Mahomedi & suorum, rationi naturali obstitit, & naturæ viribus comprehenditur. *i. catech.*
- 17 Fatum, quod Chizimiam Arabes dicunt, in omnibus rebus Mahomedus admittit, quod vitari non potest: vnde gratiarum actionem pro acceptis beneficijs tollit. *14. catech.*
- G G.**
- 18 Gabriel archangelus colendus summè, qui legem Dei ad suum Mahomedum tulit. *i. catech.*
- 19 Gula, præsertim nocturna, Sarracenis licita est, ab exitu prioris stellæ vsque ad lucem matutinam, in diebus ieiunium præcipientibus. *7. catech.*
- H H.**
- 20 Homicidium Arabibus est indistinctum in omnes, qui suam legem, vel non admittunt, vel execrantur: contra quos licitum bellum Mahomedus indixit. *6. catech.*
- 21 Homo in secta Mahometana viuens ad talem gradum perfectionis potest peruenire, vt omnino impeccabilis fiat. *s. catechesi.*

II.

Ismaeli factæ sunt promissiones ampliores, quàm Isaac, quibus Mahometani perfruentur in hac vita. 1. catech. 22

Inuocatio, seu incantatio dæmonum, Arabibus habenda est in vfu: quos vt fratres inuocare in suum auxilium debent, qui per Alcorani obseruationem seruari poterunt. 3. catech. 23

Ieiunium sectæ Mahometanz, aliquot annis protractum, hominem impeccabilem, sic reddit, vt reliquæ vitæ peccata eidem non imputentur. Quod etiam peregrinis ad Mechæ domum, ex priuilegio concessum est ex Maurorum antiqua traditione. 6. & 7. catech. 24

LL.

Lex Mahomedi, vt ipse gloriatur, sibi data fuit tamquàm correctiua Euāgelij, quod Christi apostoli perperam interpretati fuerant. Et ideo Mahomedus gladius Dei dicitur, quia in gladio venit pro hac Euāgelij correctione faciendâ. 1. catech. 25

Legem Christi apostoli malè percipientes, eam corrumpere aggressi sunt: cuius verum, ac sanū intellectum Mahomedus est allecutus. 8. catech. 26

Lotiones quinquies in die, vel aqua, vel lapide à Sarracenis sunt peragendæ; pro remissione leuium culparum: quæ non nisi aqua media tolluntur, vel aliquo signo, defectum aquæ sup- plente: quæ orationi vt pura fiat, anteponi debent. 1. catech. 27

Luna est adoratione latræ adoranda à Mahomedi cultori- bus, quæ causa est totius effectus in his inferioribus. 3. catech. 28

MM.

Matrimonium in secta Mahomedi sola voluntate, vel con- sensu alterius coniugis potest dissolui, soluto precio dotis pro- missæ: sed repudiata vxor certis conditionibus à viro suo recipi potest. 5. catech. 29

Matrimonium Sarracenorum pluralitatem vxorum admit- tit, tot enim illis licet habere, quod alere possunt: dum modò distinctio habeatur inter vxores, & concubinas. 5. catech. 30

Matrimoniū sollempne quater tantum in vita potest ab Aga- renis celebrari: concubinatus verò millies cum ancillis empi- tij: sicut & fornicatio, si precio quantumuis paruo compense- tur. 5. catech. 31

Maria ex femine Ioseph concepit, media virtute Spiritus san- 32  
B etia





*Errores Mahomedis*

- Ati, ideo Virgo non permansit. catechesi.
- 33 Maria si virgo permansit, in altera vita Mahomedo (vt ipse sperat) erit socianda: & ab eodā tantæ puerperæ virginitas violanda. O scelus inextinguibile. D. Eulogius in vita Mahomedo.
- 34 Mors corporalis transitus quidam erit ad paradysum deliciarum, Arabibus à suo Mahomedo, promissum: nam mortui citò resurgent. 12. catechesi.
- 35 Mortui in sepulchris habebunt suarum culparum breue purgatorium: ideo citius ad paradysum volabunt. 12. catechesi.
- 36 Mortui in sepulchris corpora assument, & cibis ibidem paratis reficientur, vt iter ad suum paradysum breuius conficiant. 12. catechesi.
- 37 Mulieres post hanc vitam non resurgent in suo sexu, sed in virili, & nouis mulieribus tanquā viri associabuntur. 12. catechesi.
- 38 Mulieres virgines ex virgultis arborum à Deo producendæ sunt, proficiendæ sibi sine suorum Sarracenorum. 12. catechesi.
- NN
- 39 Natiuitas Mahomedo auctiori, & sollemniori cultu celebrari præcipitur, quam aliorum vatum: quia postremus fuit omnium prophetarum. 12. catechesi.
- OO
- 40 Oratio versus lunam in suo exitu fieri debet à Sarracenis, quā m̄ vt Deum venerantur: & nocte aduentante orationem: ad Deum faciunt. 3. catechesi.
- PP
- 41 Paradysum finxit Mahomedus in delicijs corporis, & non animæ, quæ a docti Arabes irrident. 12. catechesi.
- 42 Peccatum grauius non lotionibus, sed solo vehemēti cordis dolore tollitur: ad quæ, quia non semper credunt sese posse attingere, illud committere Arabes pertimescunt. 1. catechesi.
- 43 Porcinæ carnes, nec rāgendæ, nec gustandæ veniunt à Mahometanis, quia animalis inmundi sunt, & inmundi reddentur, si eas degustauerint. 7. catechesi.
- QQ
- 44 Quilibet in sua secta saluari potest, siue Iudæus, siue Paganus, siue Christianus. Hoc asseruit Mahomedus in fine suæ vitæ vt omnibus arrideret, cum antea contrarium docuisset. 1. catechesi.
- 45 Quales fuerint in hac vita Mahomedo cultores, tales resur-
- gent

gent in alia, nec vultus, nec gestus mutabunt. 12. catechesi.

RR.

Resurrectio Sarracenorum cotidie fit integrè: quam bruta 45  
animalia, super cadauera, pascentia, factam esse abundè testan-  
tur, si à defunctis corporibus non præterfugiant. 12. catechesi.

SS.

Sepultura ab Agarenis in lato campo est eligenda, & in lo- 46  
co, vbi alius non fuerit sepultus: quam ipsi terram virginem vo-  
cant. 12. catechesi.

TT.

Talionis lex, etiam post Euangelium, à Sarracenis seruati. 47  
da venit, dum modò par iniuria pro pari referatur. 6. catechesi.

VV.

Vinù bibere peccatum est, teste Mahomedo, nec pro potio- 48  
ne medicinali eò vti licet, vt oratio sobriè fiat. 7. catech.

Virginitas non est seruanda à Sarracenis, neque in hac vita, 49  
neque in altera. 5. catechesi.

Virgines luce perfusæ à Deo creabùtur in paradyso: in quorum 50  
amplexu lapsum temporis Arabes nõ sentient. 12. catech.

Virgines istæ mundæ dicuntur, quia menstrua non patiuntur: 51  
singulis autem viris plures dabuntur; pro meritorum rati-  
one. 5. catechesi.

ZZ.

Zelotypia non est virtus, vidè non licet zelare vxorem, bene 52  
tamè dimittere. 5. catechesi.

*Hi sunt grauiores errores Mahomedi, à nobis recensiti: reliqui autem meo iudicio numerari nequeunt: quibus autem hæreticis in suis erroribus consentiat Mahomedus, annotandum est nunc.*

B 2 DE ERRO-

DE ERRORIBVS MAHOMEDI in generali.



**M**AHOMEDVS Inter hereticos à doctoribus antiquis annumeratus est, quia multa à Christianis didicit, creditq̃: sed vt genio suo, & veneri indulgeret, cum omnibus ferè hereticis coincidit. Illud enim quod in principio per Arrium seductor diabolus non potuit perficere, hoc per Mahomedū adimpleuit: & omne Arrianorum venenum, quod in alijs diabolus sparsim disseminauit, in vnum Mahomedum euomit. Hic mercator fuit vilissimus, princeps latronum, nuntius Sathanae, praecursor Antichristi, complementum totius falsitatis, & haeresum. Hic cum Sabelio negat Trinitatis mysteriū. Cum Arrio, & Eunomio supponit Christum esse creaturam. Cum Carpocrate negat Christum esse Deum: sed Dei tantū Prophetam. Cum Cerdonio affirmat impossibile esse Deum habere filium, ob hoc quia uxorem non habet. Cum Manicheo sentit, Christum non fuisse crucifixum: sed alium illi similem. Cum Donatistis pernegat omnia ecclesiae mysteria, quæ à Christi persona efficaciam habet. Addit blasphemiam inauditam cum Origenis, demones per suū Alcoranū saluariposse. Cum Anthropomorphitis communicat, qui Deum corporalem asserunt. Cum Cherintho vltimam felicitatem ponit in voluptatibus carnalibus. Circuncisionem admittit cum Ebionitis. Cū Priscilla:

cillianistis liberum arbitrium hominis tollit, & fatum  
 introducit. Cum Manichæis duo principia rerum, bonū  
 scilicet, & malum Deum, comminiscitur. Cum Begar-  
 dis & Beguinis sentit de perfecta anima, quòd licètiat  
 à se virtutes: & quòd tātum gradum perfectionis pos-  
 sit acquirere quòd impeccabilis fiat: imò addit ipse, quòd  
 peccata post longam pœnitētiam peracta, in talibus pœ-  
 nitentibus non sint peccata. Cum eisdem Manichæis cō-  
 sentit dicens, naturam corporis insertum habere pecca-  
 tum, ac proinde semper ad malum inclinare. Simon etiā  
 Mago alludens, promiscuū fœminarum vsu n̄ asseruit:  
 saltem precio redēptum: quā conditione ad omnia opera  
 carnis licentiam concessit: quam etiam Anabaptista,  
 nostri temporis hæretici, latius extēdunt. Tertiani men-  
 dacium aliquo modo sustinet super ciborū delectu, nam  
 aliquos cibos interdicit iste sicut & ille, ad veteris legis  
 mandata respiciens. Cum Cynicis philosophis, & alijs  
 hæreticis carnalib⁹, docet iste canis spurcissimus, licere  
 instar canum fœminis commisceri, & coire. Denique  
 in alias multas præter istas Mahomedus hærèses  
 incidit. Quas longum esset re-  
 censere.

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

# CATECHESIS

PRIMA, EX MYSTAGO-

gicis, De secta Mahomedi

abiuranda.

*Lectio hæc D. Pauli ad Galat. c. 4. versatur. Nunc autem (ò Galatæ) cum cognoueritis Deum, imò cognitis à Deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elemēta, quibus denuò seruire vultis? dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Ex quod illa omnia superstitionis plena elemēta, proselytis ex secta Mahometana primùm interdicēda, vt omninò immemores illius fiant, latius aperiuntur.*



**P V D** Cunctas orbis nationes adeò nota est multorum neochristianorum abominanda, execrandaq; religio, ab omni prorsus puritate, & pietate aliena, qui suo magno malo in sectā Mahometanam cæci impingunt, illiduntq; , vt hæc

tantorum hominū misera conditio, quasi miris lachrymis à nobis redimenda, suorum prælatorum, parochorumque, eorum saluti addictorum, pios animos tangere, crebriusq; pulsare deberet, vt ad istorum egentium medelam, alijs curis posthabitis, in hoc tēpore applicarentur. Huc namque exardens nostri animi desiderium, quod susceptus labor pro hoc opere cōscribendo abunde

Prima Catechesis,

dērestatur, iam nunc tendit, vt in pulsandis prelatorum animis, excitandisq; parochis quasi graui somno correptis, tēpus, & oleum insummeremus, quibus (vt spero) dabit Deus pro sua misericordia pro istis infirmis in fide assumendis & medendi facultatem, & superstitiones quasq; antiquæ suæ sectæ relegandi scientiam, quoniam ipse, *Qui diues est in misericordia, dat omnibus assluenter, & non improperat.* Istorum namq; profelytorum, ex secta, scilicet, Mahometana ad Christum venientium, & inter nos commorantium, tam notæ perfidiæ, quàm diuinæ legi repugnantiæ, aperta testimonia, & ob oculos obiecta exempla, lippis, & tōsoribus notissima, illis omnibus, quibus de eorundem salute, & catechismo ex officio agere incumbit, prorsus sufficerent, vt ad eorum medelam totos sese conuerterent: ac more periti medici agnitis vanæ sectæ ritibus, nœnijs superstitionis, falsis cæremonijs (quæ omnia pestilētissimum morbum, iuter illos nunc tēporis grassantem, pepererunt) viuificum medicamentum, quamuis nimis acre vel mordax, auidius adhiberent. Deceet enim Christi sacerdotes, tanquàm animarum medicos, & morbos, & medicamina pro illis curandis nosse, dedit enim illis Christus (teste Marco) *Potestatem curandi infirmitates, & eiciendi dæmonia.* Ampliorem autem eam dixerim illa, quæ olim veteris legis sacerdotibus collata creditur, quibus per Malachiam Dominus intulit. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est.* Vbi angelus nomen officij medendi virtutem importat, & interdū in aliquibus suppositis pro medico, vel medicina Dei in sacris literis vsurpari solet. Sed cum prædicti morbi ratio à pluribus causis, seu humo-

Iaco. 1. c.

Marc. 3.  
& vlt.

Malac. 2

humoribus prouenerit, quæ vnitæ, & veluti vniformi effectu coalescentes, ægitudinem auxerint, grauiusq; vitæ periculum ægris intulerint, ideo nos varias catecheses quasi pellendæ malæ valetudinis vniocas causas, seu vniformes rationes in hoc opus crescendum iniunximus, ad exemplum earum, quas sancti patres, tam Græci, quàm Latini, pro illuminatis Hierosolymæ iam olim ediderant, & pro rudibus catechizandis diuulgant. Seruauimus deinde personarum respectum, singulis quorum interest, singulas catecheses, inscribentes, vt illis perlectis, tum suo muneri satisfaciant, tum etiã (quoniam ab ipsis salus tantarum animarum pendet) salubri medicamini eisdem præstando valde intèti adsint. Sed nunc priori loco cõmunis res tam cū principibus ecclesiasticis, quàm sæcularibus agitur. Sed multum profectò optarim, vt Philippus Rex noster inuictissimus, ac summè catholicus, ad hæc omnia suas aures attentus arrigat, sua enim interest neochristianos istos, in suis regnis de gentes, absq; vllò defectu ab omni superstizioso cultu arcere, deinde à communi consortio cum Aphris, Numidis, Agarenisque diuidere, subindè neque exules Granatenses, iam nunc ad Christianam pietatē cum veteribus Castellæ incolis benè compositos, ne ad vomitum redeant, ad optatos suos lares, penatesq; redire. Sed dum tãto operi benè accingimur, Ecce D. Paulum, tonantem ecclesiæ tubam, quasi cum nostris profelytis rem habentem, & ex animo eosdem increpantem, audi uimus, sicut olim Galatas, sub his verbis. *Nunc autem (o profelyti ex secta Mahometana) Cum iam olim cognoueritis Deum, imò cogniti sitis à Deo, quomodo cõuertimini: utrum ad infirma, & egena elementa, quibus denud seruire. vultis: dies*

*D. Cyril.**D. Hilar.**D. Greg.**D. Basil.**D. Chryf.**D. Aug.**Locus Pauli  
expenditur.*



obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Timeo vos. Quis  
 sanè obiurgationem, zelo recuperandæ suæ salutis à tan-  
 to Apostolo Galatis subductam, in istos proselytos re-  
 torquere libuit. Sicut enim Galatæ postquam Christi  
 Euangelium & audierant, & cordibus suis retinuerant,  
 ad antiquaræ legis præcepta, & muta elementa redeun-  
 tes, suo Mosi adhæserunt, sic plerique ex istis (salua lo-  
 quor reuerentia in fide firmiter stantium) posthabita  
 Christi fide, quasi canes ad vomitum, id est, commen-  
 tum Mahomeranum, & ad sua idola conuersi, contra di-  
 uinam & humanam maiestatem conspirare ausi sunt.  
 Et licet isthæc faba in rebellantes benè cussa sit, at reli-  
 quorum omnium salutem in Christo Iesu, Christiana  
 utique pietate cōmoti, valdè sitimus, exoptamusque.  
 Paulus igitur sic ad eos inquit, *Modò estis filij, cum Deum  
 cognoueritis, sed prius eratis serui, non in carnalium legis  
 cærimoniarum seruitute, sicut olim Iudæi, sed dæmonū,  
 idolorum uestrorum, quos tanquam Deos uestros cole-  
 batis. Quia tunc quidem ignorantes Deum, serui ebatis  
 his, qui non sunt natura dij, sed opinione insensatorum  
 hominum: qui apud suos cœtaneos, & incultos homi-  
 nes tantum profecerunt, ut solius Dei honorem, vellig-  
 nis, vel lapidibus, pro humana effigie benè insculptis,  
 prius ob singularem amicorum memoriam iuuandam,  
 postea ob cultum superstitiosum (dæmone edocente)  
 augendū, malè exhibuerint. Hunc idololatriæ cultum  
 damnat Apostolus, dum vni soli Deo per naturam, es-  
 sentiamue, Trino autem in personis, seruiendum esse  
 censet. Et Galatis subdit, ante uestram ad Christum  
 conuersionem, ipsum quidem ignorabatis, & idèd tunc  
 temporis illa uestra ignorantia aliquid excusationis*

Granatenfis  
 rebellio tan-  
 gitur per a-  
 Etā sub annū  
 568.

Sapient. c. 14.  
 & latius cap.  
 13.

In clem. de Iu-  
 deis, & Sar-  
 racenis, ritus  
 Sarracenorū  
 nō esse tolerā-  
 dos decerni-  
 cur.

In vobis prætexere videbatur: nunc tamen cum à me Christum audieritis; in quo edocti; & fundati estis, nulla vobis excusatio superest; si errare volueritis, sed longè deterius quàm olim delinquetis. Iam profectò non est errandi locus relictus, cum aperta sit veritas, qua Christum per fidem plene cognouistis; sed addit illicò, dicens: *Imò cogniti sitis à Deo*, approbati que per bonam operationem in vestra fide fundatam. Quare si veram Dei cognitionem per fidem internam ab eo accepistis, qua ratione conuertimini nunc, vt ante Dei notitiam, ad seruitutem noui erroris? cur ad seruitutem peccati, dum à Iudæis facti estis profecti; ab eisdem protracti estis? cur denique post sinceram Euangelij traditionem, gratis à me acceptam, retrocedere elegistis ad elementa, siuè carnalia antiquatæ legis præcepta, quæ sunt Iudæis istis, deceptoribus vestris, sui cultus, exordia, infirma prorsus, & egena, quia nec eos iuuare, nec gratiam conferre valent; post Euangelij sufficientem promulgationem. Quæ sanè elementa, stante illa lege, fortia erant, & stabilia, dum suos cultores comprimerent, & ad fidei iustificationem cohortarentur, & ad maiorem fidei notitiam habendam paulatim eos promouerent, ac inuaducerent, quasi certa quadam prædalogia ad futuram Euangelij veritatem præfigurandam: nunc verò ad præsentiam adumbratæ veritatis, à Christo legistatote, egena, vacua, infirmaque habentur, nec vllum ad fidei, vel gratiæ susceptionem præparant; iam neminem ad Dei cultum confringunt; iam denique nihil præfigurant, nihil vtiq; cultoribus suis in tanta Mahometana perfidia à demone detentis profunt, nihilq;

illis

illis boni conferant. His itaq; virtute destitutis, & inanimibus elementis deinde vos seruire valitis, quasi excerebrati, & omni ratione destituti, cum potius in communi, & Christiana libertate, quam Christus suis affectis largitus dedit, securè permanere deberetis. Si quidem obseruare vos nec disponitis dies festos, sicut sabbata, & mensium exordia, neomenias, & tempora festis ceteris praefinita, & quoniam talibus praecipis carnalibus subijci non respicitis, timeo vos, (heu dolens Paulus id dicit) ne sine causa, & utilitate vestra laborauerim, in vobis instruendis, & ad veram fidem aduocadis. Neq; verò idcirco timet Apostolus, quo putet, Galatas per suam apostasiam mercedem illi auferre posse, sed id tantum praecauet in futurum, ne susceptus labor in illis vanus existeret, ac Christo Iesu penitus (suo magno malo) destituerentur. Quid si Paulus neochristianos illos, regni Granatensis, quos tanquam filios patris illi vigilantissimi, Cardinalis Franciscus Ximenius, & Ferdinandus Talabriceus, ille Toletanus, hic verò Granatensis praesul, ediderant, ac non sine magno dolore in Christo reuenerant: nunc diebus nuper elapsis ad Mahometismum au-

*Rebellio Granatensis, & Xatiue sum* dius redeuntes vidisset? quid nuper si aliquot Valentinos, Xatiue natiuos, cum rege Algerensium nuper confederatos, ad suum Mahomedum visendum per mare, per defectio a si- terras, iter carpentes, deprehendisset? non dubito quin eos acrius multo quam olim leues Galatas obiurgasset: cum isti non legem à Deo latam in manu Moysi famuli sui, sed Mahomedi vani hominis commentum, quod in baptismo abiurauerat, quasi canes ad vomitum redissent, ac pro illius obseruatione ceruices suas gladio supponerent. Proh dolor, quis vos fascinauit, Paulus diceret, ò

viri Christianæ militiæ, cui v̄ra nomina in baptismo dedistis, iam diu bene adscripti? quis vos coegit nō obedire veritati susceptæ? quis vos deniq; in tantum errorem, & malum induxit? Quis tandem vos compulsi, vt vanas non hominis, sed dæmonis præceptiones, mille nanijs refertas, post multos vestræ cōuersionis transactos annos, denuò nunc amplexari volueritis? timeo vobis, cū rātus ac talis labor præfatorum ecclesiæ principum erga vos vanus, cassusque fuerit, imò quod periculosius existimo, ipse Christus Redemptor omnium pro vobis mortuus cum fuerit, potius vindex, quàm Saluator adueniet. Habet dæmon, callidissimus omnium terræ animantium, nocendi, decipiendique genus humanū mille astutias, nam vt poëta dixit, cui nomina mille, mille nocendi artes à deprauata natura insunt. Hic igitur sapiens in malitia interpretatus ab hinc mille annis, vel minus paucis, Mahomedum impostorē famosissimum subegit, quasi filium adoptauit, discipulum elegit, ministrum subrogauit, vicarium deniq; in terris pro toto penè orbe decipiendo substituit, quem suas artes sophisticas, ac dæmoniacas incantationes, seu lustrationes plenè edocuit, vt tanti magistri perdoctus discipulus eua-deret. Dæmon namque suo Mahomedo iam grandæuo in specie vulturis apparens, pennis, & ore deaurato Gabriele archangelum sese finxit, pro sua instructione à Deo sibi missum: qui, vt est callidior cunctis animantibus terræ, facili negotio hominem indoctum, ac gloriæ humanæ cupidum seduxit, atque ab eo facilè impetrauit, vt sese Dei prophetā diceret, ac diuenderet, vt à suis barbaris in summo honore haberetur. Qui vt erat iam diues, contracti matrimonij cum sua domina Hadixa di-  
uinijs

*Genesis. 3.*

*Qualiter Mahomedus in-creuerit sub Phocæ, & Heracleo imperatoribus.*

*Prima Cavechesis,*

uirijs opulenta, caussa, princeps illarum gentium factus, quo iure, quaque iniuria, vt suum imperium dilataret, multas victorias comparauit. Euenit autem vt Mahomedo contra Iudæos Arabiæ incolas ciuilia bella gerente, Heraclius etiã Romanus imperator contra Cōdroam, Persarum regem, exercitum magnum compararet. Quo in bello Sarraceni, Agarenique in militia cum suo duce Mahomedo versati, in tanti imperatoris auxilium descendentes, sub eo meruerunt. Postquã autem Heraclius Cōdroam Persarum Regem cum suo exercitu breui temporis interuallo fregerat, tanta victoria insolens, partum de nouo regnum Mahomedo principi confirmauit, & gentes illas Arabiam Petream colentes in pace abire iubens, omnem exercitum dissoluit. Illi igitur ab Heraclio dimissi, vt erant vagi homines, incertis sedibus vagabantur. Nè verò otio torpescerent vni Mahomedo duci protinus adhæserunt. At Mahomedus nouis illis copijs, quasi auxiliarijs insolentior, potentiorque factus, noua bella mouet, duces creat, victorias comparat, ac tandem subacta vtraque Arabia, princeps Sarracenorum, & Agarenorum iure belli ab omnibus proclamatur. Qui vt erat iam rex, & falsus propheta, suo dæmone vtrumque titulum eidem procurante, ac Deo permittente, suam sectam, seu viuendi rationem à suo cacodæmone accepit, suisque affectis paulatim promulgare cœpit: cum antea sine lege, sine duce, sine religionè, quasi bruta animalia, ac muta pecora, quæ natura prona, & ventri obedientia finxerat, barbari illi viuerent. Vt verò Mahomedus princeps plures alias orbis nationes arte sua, & dæmonis industria ad se pellice-

*Qualis sit secta Mahomedi, & quomodo promulgata.*

luceret, tot imposturis, commentis, mendacijsq; aper-  
 tis est usus; quot per ordinem enarrare prolixum val-  
 de esset: at ab illis breuiter me expediam. In primis  
 namque in sua sectæ ampliori diuulgatione Christiani-  
 nis indulsit, dicens Christum Iesum, prophetam ma-  
 gnam; ex Maria sorore Aaron, Spiritus sancti virtu-  
 re conceptam; natumq; pro cuius reuerentia sub ca-  
 pitali pœna cauit; ne quis suorum, vel Christo, pro-  
 pheta Dei summi, vel Mariæ eius matris maledicere  
 auderet. Iudæis deinde suas vanas, & immundas lo-  
 tiones; præcepta cæremonialia cum ritu illo notabili  
 circumcisionis; legemque integram, reliquit. Quos  
 prius baptizari voluit; ac Christianos fieri; si ad no-  
 uam suam sectam; & commune cum suis Arabibus  
 consortium recipiendi forent. Odio enim erant tunc,  
 sicut nunc etiam perfidi Iudæi cunctis gentibus; ra-  
 tione sua inueterata perfidiæ, cuius erant superstitioni-  
 si cultores: proinde sanxit Mahomedus; ut nisi prius  
 Christum venisse profiterentur, nunquã ad suum Ma-  
 hometismum admissi forent. Sed amplius multò pro-  
 cessit Mahomedi libido, cum innata dominandi cupi-  
 ditate, ut ad Heraclium imperatorem, & cæteros Chri-  
 stianos principes, suos legatos miserit: quater us eos cer-  
 tiores faceret, legem suã diuinitus sibi traditam per ma-  
 nus angeli Gabrielis: quam amplecti, ac seruare cunctis  
 tenerentur, si salui esse cuperent. Heraclius, & cæteri  
 Christiani principes accepto nuntio tantum legillato-  
 rem, & impostorem irriserunt: ac proinde legatos illos  
 vacuos, & sine vlllo responso miserunt. Cum verò  
 Christiani viri Arabiæ, Aegyptiq; incolæ, illo tempore,  
 quo Arriana heresis vigeat, & per vniuersum penè or-  
 bem

*Gravè ne-  
 phas, de cuius  
 pœna in cõci-  
 lio Toleta. 4.  
 can. 57. c. Iu-  
 dai qui.*

*Prima Catechesis,*

*Matth. 15.*

hem extendebatur, in sua fide multum vacillâtes essent, (præsertim cum viderent ecclesias antiquas à sua fide, & disciplina ecclesiastica corruisse, ac veluti subito labefactasse) cæci igitur ad cæcum ducem, Mahomedum, scilicet, deueniunt, vt in illis Euangelicum paradygma adimpleretur, *Si cæcus cæco ducatur præstet, ambo in foveam cadunt.* Arriano iraque errori commentum Mahometanum conglutinant, ac dæmonis seruituti sese subiiciunt. Quò factum est, vt breui temporis intervallo Mahometanum imperium cum noua secta & originem, & incrementum susciperet. Nam primum in Damasco, deinde in Aegypto, postremò in Asia, & vtrâq; Arabia, Mahomedus iste, Agarenorû dux Christianis principibus parum renitentibus dominatus est. Qui Aegyptiaca lingua Soldanus, id est, rex est dictus, quem etiam Arabes voce aliquantulum corrupta Zultanum, hoc est, regem cõmuniter appellarunt. Denique secta illa carnalis his artibus, atque dolis tantum imperium suo inuentori peperit. Quæ ex Mosis Pentateucho, & Christi Euâgelio, quasi miscellanea, ac mutuata dogmata, seductor ille gentium adduxerat, hæc Sergius monachus, etiam dæmonis minister, iam verò hæresis Arrianæ professor, eidem suggestit: reliqua tamen ex suo dementato cerebro, quasi vano quodam cribro, in perniciem barbararum gentium, hauserat; adeò erat callidus, ac versutus dæmon ille. Hoc autem imperium (vt docti viri nostri tẽporis dextrè interpretâtur) à longè Daniel propheta viderat in sua visione de quatuor mundi imperijs, successu temporum intercadentibus. Vidit etenim quatuor bestias grandes de mari ascendentes, quarum quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis erat,

erat, denes ferreos habens magnos simulque cornua de  
cein. Et ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio  
eorum, & tria de cornibus primis euulsa sunt a facie eius:  
Vtique Romanum imperium sub ista bestia terribili fi-  
guratum, suo paruo cornu, hoc est, minori potentia  
Mahomedus cõuulsit, ac tria illa cornua, nimirũ Asiam,  
Aphricam, & Europam, iam diu tanto imperio subactas,  
facile superauit: in quibus adhuc bestia hæc terribilis,  
adaucta potentia fortis effecta, in illis orbis partibus lon-  
gè, lateq; dominatur. De qua inferius propheta subdi-  
dit. *Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto, & eius*  
*os loquetur ingentia.* Per oculos quidem istius bestię per-  
spicaciam ingenij, & acumen mentis tanti impostoris  
intelligere oportebit; cum sciamus ipsam cum suo dæ-  
mone, quo cum homagium fecerat, familiariter multò  
versarum, & ab eo in malis omnibus edoctum fuisse.  
Quæ ergo didicerat pro suis Agarenis, Sarracenisque  
decipiendis, iam prodit, & ingentia est locutus, menda-  
cio scilicet plena verba. Nam mutato nomine, non origi-  
ne Agarenorum, eos Sarracenos, id est, Sarracæ filios vo-  
cari, haberi que iussit: ut ipsi quoque in Isaac promissio-  
nibus partem haberent: cum aliàs in veritate à Sarraca  
prouinciæ Arabicæ ciuitate, nomen ducerent, tamquam  
ibidem geniti, nati, enutritique. His autem promissio  
eternorum collium, sicuti nec Ismaeli patri eorũ, non de-  
betur: sed tantum merces quædam temporalis, quam pa-  
ter ille magnus Abrahamus suo filio Ismaeli, ex Agar an-  
cilla suscepto, à longè videns, moribũdus promissit. Suffi-  
ciebat namque filio Agar, & suis successoribus, ut in ter-  
ra illa Pharan in solitudine locus fieret ad viuendum  
spaciosus. Dicit illicò scriptura de Ismaele, *profugus, ac*

*Daniel. 7. c.*  
*Ita exponit*  
*Hæcior Pin-*  
*1<sup>o</sup> sup. Dani.*

*Prophetia de*  
*Mahomedo*  
*exteditur cla-*  
*rius.*



## Prima Catechesis,

Genes. 20.

*Regus ismael habitauit in terra Pharan in solitudine, & factus est vir sagittarius. Sed & alia multa mendacia ingentia quidem protulit: quæ subnectam, ut vanam istius hominis mētē, & credulitatem probemus. Deum magnum ab omnibus colendum quasi pro certo symbolo, Alla Quibus, suis proposuit, mysterio Triadis in personis subsistente procul reiecto, & milles ab eo adiurato. Nam filium, vnicum scilicet patris verbum, ab ipso genitum, non tamen eidem consubstantialem, prædicauit, voce*

*Error iste habetur in Alcorano, a-zora. 2. & 11, de quo vide. D. Eulogi. lib. 1. memoriæ sancti. fol. 18.*

*Arabica Zurulla, quasi flatum, seu verbum patris, eum vocitans, verè cum Arrio consentiens, à quo hunc errorem cum alijs multis Mahomedus percepit impius. Seriem autem generationis eius sic aperuit, quòd de virgine conceptus ope ipsius Spiritus sancti, at humano semine Ioseph sponsi sui: natus autem tempore præfinito ex Maria corrupta manente. Neque vllam aliam differentiam inter Christi natiuitatem, & nostram agnouit, nisi quòd Spiritus sanctus per gratiã suam tantum interuenerit ex diuino priuilegio, tanto prophætæ Christo in lucè edendo. Vndè nec personarum distinctionè in vna essentia, nec Christi occultam diuinitatem, seu diuinum suppositum, cui humanitas vniebatur, nec denique Deiparæ virginis perpetuam virginitatem agnouit: sed vnum Deum tempore, mensura, virtute, & potentia circumscriptum, per suum commentum finxit, qui Christum prophetam sibi in filium adoptauerit. Hæc fuit Mahomedis fides ridicula, longè inferior ab ea, quam Aristoteles, cum alijs non infimæ notæ philosophis, solo lumine naturali illustratus in mortis articulo professus est dicēs, *Causa causarum misereve mei.* Causam vero Deum appellauit infinitæ virtutis omnium effectuum in his inferioribus*

*Vide Feuardentium. lib. 3. hæres. 3. de Christo.*

ferioribus in quibus omnium creaturarum postrema resolutio fieret. Præterea de tertia Triadis persona multa à Christianis, prioribus Mahomedi magistris audiuit, scilicet, quod à Patre, & Filio tamquam vtriusque amoris, eiusdemque substantiæ, ab illis, quasi vno principio, æterna, & consubstantialis persona procederet: sed pro sua leuitate hanc de Trinitate doctrinam, tam firmam & stabilem credere noluit, nec captiuare suum intellectum in fidei obsequium. Vnde prauis ingenij falsum dictamen terrenus homo, terrena & humana sapiens, se qui elegit. Ac proinde suis affectibus illud tantum fide, & opinione sua tenendum esse censuit, quod humano tantum captu, atque iudicio comprehendi posset. Hæc fuit Mahomedi, falsi legislatoris, de Deo sententia, vanaque religio. Sed hunc Deum præmia bonis, & supplicia malis promittere æterna maxime decebat, talia autem Mahomedus intulit, carnalia, caduca, commentitiâque, qualis ipse erat: ita, vt non Deum, sed Mahomedum dementatum, carnis lasciuia feruentem, carnaliaque tantum sapientem, illa adinuerrisse credendum sit. Nã mundas mulieres, id est, menstruum sanguinem non patientes, è virgultis arborum in paradyso procreâdas, in perpetuos amplexus viris bonis, Deum timentibus promissit: malis verò æterni ignis, damnatorumque confortium, comminatus est. Huc omnis deuoluitur Mahometana religio, carnisque delitijs in hoc, & futuro sæculo fulcitur, sustentaturque in æuum: quam docti Arabes irrident. Sed de remissione peccatorum adquirenda legem tulit, non à spiritu veritatis adumbratam, sed à suo spiritu erroris profluentem. Audierat forsitan Dei promissionem per Ezechielè prophetam exceptam, de aqua munda fordes

*Vide D. August. de vera religio. & in lib. de Trinit. & D. Ambrosio. lib. 2. de virginitate. & reliquos sanctos.*

*De hoc Cassiodorus. lib. 7. cõtractare. verba fides. hæc si. 1.*

*Auicena. lib. 9. meta. c. 7.*

*Ezech. 36.*

nostras, & peccata abluturam, tãquam baptismi certam figuram. *Dabo vobis* (inquit dominus) *aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris;* atque hanc munditiam, sola aqua naturali constantem, suis cultoribus sub præcepto captandam, quinquies in die Mahomedus immundus iniunxit pro leuibus culpis purgandis: at pro grauioribus dolorem maximum, & cordium vehementem punctioem, quasi vtilem pœnitentiam, Deo quæ omni tempore gratam, pœnitens reliquit: quia aliud pro peccato remedium non valuit inuenire. Quare secta hæc noua, ab ipso Christi euangelio in omnibus suis præceptis, ac cæremonijs, dissidens, multis nominibus gaudet, quæ operæpretium aperire duximus. Primum secta carnis, utpote quæ tota in operibus carnis collimata fuerit: siue ipsa immundicia in omnem avaritiam (ut cum. D. Paulo consentiam) proprio nomine nuncupanda venit. Quod si aliquando extenso vocabulo lex carnis dici debeat, illud in causa erit, quod suos cultores ad peccatum alliciat, concessa ad omnem venereum vsu licentia, sic namque legem carnis doctores definiunt, quod hominem carnalem in carnalibus delictis nutriat, foueat, detineat, & condemnet. Præterea lex mortis, seu ministratio mortis merito nuncupatur, uti nunc lex illa, à Christo ex parte antiquata, & adueniente veritate quasi typica, & figuratiua extincta. Nam ut de lotionibus nunc dicam, iuxta Mahomedi præceptum, iam quinquies in die peragendis, quia munditiam animæ non efficiunt, nec corpori, nisi ad illud coinquinandum, aliquid præstant. Quæ verò in Levítico lotiones mandantur pro muliere purificanda, & fluxum seminis sui patiente, non aqua tantum.

*Mahomedus in alchorano azora. 20. ita inquit Deus criminale peccatū non cōdonat:*

*sed tantum leue.*

*Ita Magister senten. in. 2. dis. 30. & doctores ibidē.*

constabant, sed animo mundo; pro peccato aliquod sacrificij donum offerente, quo tandem à lege madata puritas concedebatur. In quo sensu adumbratæ istæ ceremoniæ à sanctis patribus adducuntur, à Mahomede autem nudæ, externæque, & ab omni animi puritate alienæ. Sed eò mordicus istius sectæ cultores immundiquinarias has lotiones, quinquies in die peragens obseruant, ac pro sua ementita religione retinēt, vt si illas vel semel in die prætermittāt, iram sui vatis, ac Dei summi vindictam, neutiquàm euadere se posse credant. Vndè in deserto loco, & aquæ penuria laborante, si Mauri fuerint inuenti, saltem puluere ad manus arrepto, lotionum signa peragere tenebuntur, manus ambas, poplites, capitum verticem, ob susceptam religionem, hora lotionibus præfixa, parum radentes. Qua peracta ceremonia, & ab ira sese liberant, & mundi, sanctiq; tanto lauachro redduntur. Oridiculū tanti legislatoris caput, quasi aqua solum, vel lapide confectalotio, rasurauē, aliquid valeat in spiritu interioris hominis operari? Hęc sunt præcipua sectæ istius, vel humani prorsus cōmenti præcepta, vacua quidem, & prorsus egena elementa, quæ in vniuersum deuoti Mahomedi, dementati incantatoris, incantantis sapienter, & malitiosè, cultores astringunt, & pro eorum obseruantia prædictam mercedem, & carnis voluptatem eisdem gratis offerunt: quæq; in Asia, Arabia, Africa, & Hispania, vt dæmonis officiosi habeantur, interius fouent, exteriusq; deuotè satis perficiunt. Quare secta, vel lex carnis dicetur ab omnibus, quæ humana tantum ratione cōprehensa, humano, vel dæmoniaco legislatore constitit, ac denique ad omnia opera carnis licentiæ concessit. Suis proindè professoribus D. Paulus,

*Lotiones puluere fieri mādantur, vbi deest aqua.*

*Exch. 3. 6.*

nostras, & peccata ablucuram, tãquam baptismi certam figuram. *Dabo vobis* (inquit dominus) *aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris;* atque hanc munditiam, sola aqua naturali constantem, suis cultoribus sub præcepto captandam, quinquies in die Mahomedus immundus iniunxit pro leuibus culpis purgandis: at pro grauioribus dolorem maximum, & cordium vehementem punctiõnem, quasi vtilem pœnitentiam,

*Mahomedus in alchorano*

*azora. 10.*

*ita inquit*

*Deus criminale peccatũ non cõdonat: sed tantumle ue.*

Deo quæ omni tempore gratam, pœnitentis reliquit: quia aliud pro peccato remedium non valuit inuenire. Quare secta hæc noua, ab ipso Christi euangelio in omnibus suis præceptis, ac cæremonijs, dissidens, multis nominibus gaudet, quæ operæpretium aperire duximus. Primum secta carnis, vt pote quæ tota in operibus carnis collimata fuerit: siue ipsa immunditiã in omnem auaritiã (vt cum. D. Paulo consentiam) proprio nomine nuncupanda venit. Quod si aliquando extenso vocabulo lex carnis dici debeat, illud in causa erit, quod suos cultores ad peccatum alliciat, concessã ad omnem venereum vsum licentiã, sic namque legem carnis doctores

*Ita Magister*

*senten. in. 2.*

*dis. 30. & do*

*ctores ibidẽ.*

definiunt, quod hominem carnalem in carnalibus delictijs nutriat, foueat, detineat, & condemnet. Præterea lex mortis, seu ministratio mortis meritò nuncupatur, vti nunc lex illa, à Christo ex parte antiquata, & adueniente veritate quasi typica, & figuratiua extincta. Nam vt de lotionibus nunc dicam, iuxta Mahomedĩ præceptum, iam quinquies in die peragendis, quia munditiam animæ non efficiunt, nec corpori, nisi ad illud coinquinandum; aliquid præstant. Quæ verò in Leuitico lotiones mandantur pro muliere purificanda, & fluxum seminis sui patiente, non aqua tantum

con-

constabant, sed animo mundo; pro peccato aliquod sacrificij donum offerente, quo tandem à lege mādara puritas concedebatur. In quo sensu adumbrata istæ cæremoniz à sanctis patribus adducuntur, à Mahomede autem nudæ, externæque, & ab omni animi puritate alienæ. Sed eò mordicè istius sectæ cultores immundi quinarias has lotiones, quinq̄ies in die peragendas obseruant, ac pro sua ementita religione retinēt, vt si illas vel semel in die prætermittāt, iram sui vatis, ac Dei summi vindictam, neutiquàm euadere se posse credant. Vndè in deserto loco, & aquæ penuria laborante, si Mauri fuerint inuenti, saltim puluere ad manus arrepto, lotionum signa peragere tenebuntur, manus ambas, poplites, capitis verticem, ob susceptam religionem, hora lotionibus præfixa, parum radentes. Qua peracta cæremonia, & ab ira sese liberant, & mundi, sanctiq̄; tanto lauachro redduntur. Oridiculū tanti legislatoris caput, quasi aqua solūm, vel lapide confecta lotio, rasurauè, aliquid valeat in spiritu interioris hominis operari? Hęc sunt præcipua sectæ istius, vel humani prorsus cōmenti præcepta, vacua quidem, & prorsus egena elementa, quæ in vniuersum deuoti Mahomedi, dementati incantatoris, incantantis sapienter, & malitiosè, cultores astringunt, & pro eorum obseruantia prædictam mercedem, & carnis voluptatem eidem gratis offerunt: quæq̄; in Asia, Arabia, Africa, & Hispania, vt dæmonis officiosi habeantur, interius fouent, exteriusq̄; deuotè satis perficiunt. Quare secta, vel lex carnis dicetur ab omnibus, quæ humana rātum ratione cōprehensa, humano, vel dæmoniaco legislatore constitit, ac denique ad omnia opera carnis licentiā concessit. Suis proindè professoribus D. Paulus,

*Lotiones puluere fieri mādantur, vbi deest aqua.*

*Ad Ephes. 4.* quasi Ephesius, loquatur nunc, Hoc igitur diob, & testis  
 fieri in Domino; ut iam non ambuletis, sicut gentes  
 ambulasti in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes  
 intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ  
 est in illis, propter cecitatem cordis ipsorum, qui desperantes  
 semetipsos tradiderunt impudicitia, in operationem immunditiae  
 omnis in auaritiâ. Videat lector istam sectam  
 viuis coloribus depictam, & immundos ipsius cultores  
 traditos in reprobum sensum, iam à D. Paulo præuentos,  
 & redargutos. Quod si nunc neochristiani isti vulgo  
 Morisci, quasi à Mauris originem trahentes, quorum  
 patres valdè deuoti Mahomede fuerunt, ista pernicio-  
 sa dogmata secretius obseruent, & veluti traditione  
 parentum suorum, mente, & corde retineant, rumor  
 est, velim ne fama sit. Igitur pro his,

*Parochi orēt  
 pro suis subdi-  
 tis, ut in fide  
 sint firmi, sta-  
 bilesque sicut  
 tradit D. Au-  
 gustin. lib. de  
 orando Deo  
 pro incredulis.*

qui sani, & stabiles in fide suscepta noscuntur, oran-  
 dum esse censuerim, vt videant ne cadant: quibus pa-  
 rochi præsto aderunt præseruatiuis medicamentis, ne  
 morbo renascente succumbant, & in barathri summi  
 præcipitium trahantur. At in reliquos à fide deuios,  
 quorum salutem vehementer sitio, curabo inuehere,  
 & dicam cum Apostolo, *Quare vos cum cognoueritis  
 Deum, immò cogniti sitis ab eo, iterum conuertimini ad ege-  
 na, & vacua elementa, quibus denuò seruire vultis, præter-  
 missis ecclesiæ sacramentis, Apostolicisque traditio-  
 nibus, in quibus est remissio peccatorum? quare cruci-  
 figitis iterum Christum Iesum, totius humani generis  
 redemptorem, ac pretium vestræ libertatis in cruce  
 Patri æterno solutum? cur filium Dei conculcastis, &  
 sanguinem noui testamenti pollutum duxistis? an pu-  
 tatis pro tãto crimine minora mereri supplicia? immò  
 maiora*

*Ad Heb. 10.*

maiora iudicat Apostolus. Timeo vos, certus de vestra damnatione, nisi illudò resipiscatis. Iam ecclesia vos omnes iustis de causis, à suo ouili, quasi scabiosas oues separauit, & inferendam pœnam intulit, in capite Contra Christianos, de hæreticis libro sexto, contentam. Nam sicut Christianus transiens ad ritus Iudæorum, seu rediens, vt hæreticus damnatur, si est confessus, aut conuictus, sic etiam æqua lance iudicandum erit de Christiano viro transeunte, vel redeunte ad sectam Sarracenorum, cum vterque apostata à fide iudicetur, & suscepti baptismi violator. Et addunt doctores iuris canonici peritissimi; quod appellatione apostatarum omnes illi continentur, qui Christiano nomine insigniti, sacrificia suis idolis fecerint, mandauerint, permiserintve. Si ergo errantes in leui articulo, vel pertinaciter asserentes, quod non consonat fidei Catholicæ, vel ecclesiæ traditionibus: vt hæretici iudicium subeunt, tanto magis in apostasiam incidentes, qui penitus ab omni doctrina fidei aberrant, & à sua voluptate trahuntur in illam carnis concupiscentiam, & commentum à Mahomede inductum. Quod si ad Danielis vaticinium, retrò habitum, réuertamur, adhuc Mahomedi potentia, in cornu illo figurata, in malum Christiani imperij, vires suas auget, & multis in locis falsus Mahomedus colitur, & iuxta prouerbium Granatæ, Valentia, Aphricæ; Mahomedus à quærentibus illum facillè inuenitur. Sed nolim profecto parochos, harum animarum peritos medicos minis, terroribus, pœnisque à iure statutis, contra istos profelytos semper agere: id enim animi esset ad crudelitatem valde propensi:

*Arnaldus Albertinus quæst. 22. §. 40. Turrecrem. li. 1. c. 21. de potestate ecclesiæ.*

*Ita in concilio Toler. 4. can. 59. Iudæi qui can. 6. nulla communitio. l. 2. c. de hæreticis.*

*Prouerbium declaratur, Mahoma est Granada.*



Prima Catechesis,

sed certa potius discretione vti, more experti medici, qui interim acri, interim leni medicamine (prout morbi certa ratio expescit) infirmis medetur, singulisque suas poriones, pharmaca, ac medicinalia remedia benè distribuit. Sunt ergo in quatuor ordinibus, quasi lectulis insidentes, nostri infirmi, à nobis nunc ab erroribus istius excerebrati hominis, purgandi, & ad bonam valetudinem (prout nobis Deus dederit) reducendi. In priori ordine sedent hi, qui post susceptum baptismum habitum, linguam, nomina, & caeremonias, ritusque illius sectæ retinent ad horam: sed Christianos se esse palam profitentur, nescio an Mauri secreta religione sint. In altero, quasi infirmorum conualescentium receptaculo, valetudinarij sunt illi, qui omnibus exterioribus elementis, seu præceptis parumper renunciarunt, & quo iure, quaque iniuria Christicolis sese attèperare cœperunt. In tertio ordine eos omnes, qui ex Arabia, seu Africa oriundi à patribus antiquis, Mahomedum colentibus, genus, & originem ducunt, collocare statui: si forsan memores antiquaræ sectæ, aliquot caeremonias, vel ritus ex paterna traditione obseruant. In postremo loco natos ex vago, vel maritali coniugio, altero, scilicet, patre proselyto ex secta Mahometana, altero tamen antiquo fidei, recen-

Indei qui, & seo: de quibus decretum habemus, quod parentis melio-  
refertur. 28. ris conditionis fidem sequantur: vt natis ex altero patre  
q. 1. cap. s. ep. fidei, altero infidei, iam à diebus antiquis iniunctum est.  
maloru. Idem Hæc omnia in distinctionem, non in quæstionem verti,  
in concil. To- vt sciat spiritualis medicus animarum, pro sua scientia,  
le. 17. can. 8. prudentia, ac discretione inter lepram & lepram facta,  
c. quonia In- varijs infirmis, absque suo damno, in hoc tempore me-  
dorum. deri, & ad bonam valetudinem, & integram sanitatem,

(Deo

Quatuor ordi-  
nes Morisco-  
rum.

Conci. Tolet.  
4. can. 61. c.  
Iudei qui, &  
refertur. 28.  
q. 1. cap. s. ep.  
maloru. Idem  
in concil. To-  
le. 17. can. 8.  
c. quonia In-  
dorum.

(Deo pro illis ita disponente) reducere. Hoc enim Pauli est consilium, immò præceptū ijs, quibus ex officio incumbit. *Infirmum* (ait) *in fide assumite*, hoc est, in fide Catholica bene instructum confirmare, & consolidare vestri muneris erit: adhibere manus curatrices, auxiliatricesque, o Sacerdotes, & animarum Rectores, iuxta potestatem vobis à Deo collatam. Ne pigritia, aut socordia, (quod malum est in expiabile,) torpeatis, & absconditi in terra talenti cōdignas pœnas detis. Prodit ex ecclesie promptuario varia pharmaca, sana medicamenta, salubres potiones, benè delibuta vnguenta, quibus infirmis, à nobis nunc distinctis, diuersimodè mederi valeatis. Reuoluite sanctorum patrum, tantis infirmis medicantium, ingentem apotecham librorum, in quibus inuenietis plures rationes tum confirmandi fratres in fide, tum etiam in bonis moribus educandi. Ad aliorum insuper doctorum de perfecta conuersione Christianorum, ex secta Mahometana ad fidem Catholicā venientium, disputantium, bibliothecam, ex negotijs sæcularibus vos conuertite, & labore alieno perfruinini, vt eorum adminiculo, quasi bonorum medicorum consortio adiuti, vestrorum infirmorum, quorum apud Deum curā geritis, salutē negotiemini. Consulite etiam Dñi Nicetæ Coloffensis Sarracenorum exorcismum, vel abiurationem nuper typis mandatam, cum opere catechetico D. Gregorij Nyssen. in qua formam in baptismo seruandam, & post baptismi violationem repetendam profaciendo profelyto ex secta Mahometana breuiter tradit, à patribus tam Græcis, quàm Latinis, seruari solitam. Discite interim cum Petro, ecclesie principe, ac primario Christi vicario, confirmare fratres in fide, accepta ab

*In cap. omnis  
vtriusque se-  
xus. de peni.  
& remiss.*

*Roman. 14.*

## Prima Catechesis,

*Matth. 16.* eo, & à suo successore potestate, cui dictum est, *Tu ali-*  
*Ioan. 20.* quando conuersus confirma fratres tuos. Et alibi, Christus  
clauis ligandi, atque soluendi promittit Petro, quas ei-  
dem contulit, & ab eo presbyteri, & rectores anima-  
*Super Matth.* rum accipiunt pro leprosis mundandis; vt habet diuus  
*c. 16. in Leuitico.* Hieronymus sub his verbis: *Quomodo in Leuitico sacer-*  
*c. 14.* dos leprosum mundum, vel immundum facit, sic & hic alligat  
*Ad Hebr. 11* vel soluit Episcopus, & presbyter: at maior potestas in noua  
*Esai. 7.* legis sacerdotibus inuenitur, nam illi iudicandi tantum inter  
*Psal. 35.* leprosum, & leprosum acceperunt potestatem, & notitiam dis-  
cernendi quis mundus, quisue immundus esset. At hi li-  
gandi, & soluendi leprosos quosque, à Christo habent faculta-  
tem, collatis sibi clauibus regni Cælestis. Dicite subindè  
*1. Petri. 3.* istis pusillaminis, sine fide impossibile est placere Deo, & ite-  
*Ad Gal. 1.* rum, Nisi credideritis non intellegitis magna Dei iudicia, ac  
*Iacob. 1.* fidei Catholicæ mysteria, quæ abyssum profundam  
esse regius vates testatur. Reddite rationem de ea quæ in  
vos est fide, & spe, & charitate, & qualiter fides nostra  
*2. ad. Cor. 10* per dilectionem operetur, & è contrà, sine operibus  
*Ioan. 20.* mortua sit, in cuius obsequium (iuxta Paulinum decre-  
*1. ad Cor. 3.* tum) oporteat nos captiuare nostrum intellectum.  
*In lib. de per-* Quam multis signis, & miraculis confirmatam, tradit  
*petua Virgini* Ioannes Euangelista, dicens, *Hæc signa, quæ fecit Iesus,*  
*rate beata Vir* ideo scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est filius Dei, & cre-  
*ginis, & Cy-* dentes vitam æternam habeatis in nomine eius. Hoc est enim  
*rilus. catech.* fundamentum, siue vertex fidei nostræ: Nam aliud ne-  
*4. dogmata* mo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Chri-  
*nostræ fidei* stus Iesus, vt D. Ildephonsus subtilius exposuit hoc  
*decem ponit,* Apostoli dictum, de Christo humili, & totius humi-  
*pro illumina-* litatis, & veritatis magistro, fore intelligendum. At-  
*tis.* tendite tandem, vigiles pro vestro grege sacerdotes, ad  
Chri-

Christi Iesu spiritum lenitatis, & mansuetudinis, quem ab ipso humiliter debetis exposcere, vt suo ouili, & morigeri, & frugiferi facti sitis . Tantum enim pastorem fidei passibus insequi, prosequi, æmularique decebit, si ouium ipsius salutem venari exoptatis . De quo Esaias enunciat, *Calamum quassatum non conteret, & lignum fumigans non extinguet, in Veritate educet iudicium, idest, donec eiciat ad victoriam iudicium, Et in nomine eius gentes sperabunt .* Audite tandem , & implete Christi mandatum de promulgando Euangelio cunctis gentibus, & his de quarum salute curam geritis prædicatè . *Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur .* Atque hinc operæpretium ducite Mahomedi, falsi prophetæ , commentum nulla ratione constans, & ipsius vanam religionem totius veritatis expertem ; & deindè fidem, naturali ratione, humanoque ingenio comprehensam, suo loco , tempore , personarumque habito respectu arguere, reprobare, ac mille maledictis persequi . Quod factu facile erit Christi sacerdotibus, sua ope, & auxilio præmuneritis . Quare cum ista omnia sacerdotalis officij munera sint, qui ad æternam mercedem aliquantum anhelant, ad ea exequenda protinus sese accingent, & ad Christum, mercedem suam, facile peruenient.

*Ca. 42. Mat.*

*cap. 12.*

*Marci. Vlti.*

*Ioan. 3.*

*Epylogus.*

COLLECTANEA PRIMÆ  
Catechesis.

- 1 **S**ecta Mahomedi, mendacijs, ac nœijs constat plurimis.
- 2 **R**atione naturali obsistit, ac vanas & carnales delicias promittit in hac, & altera vita. Venit ergo abiuranda.
- 3 **P**ro remissione peccatorum leuium lotiones Mahomedus inbibet, pro peccatis autem grauioribus dolorem vehementem animi exposcit.
- 4 **A**rabes lethalem culpam non audent committere, quia difficilius ab ea liberantur.
- 5 **F**acili negotio à parochis impugnari potest, gratia & spiritu Christi, cum vana, & inconstans sit secta ista.
- 6 **A**d huius sectæ expugnationem lectione sanctorum doctorum, & ecclesiæ conciliorum parochi indigent pro grege sua vigilantissimi.
- 7 **E**cclēsia habet specialia remedia pro his qui in fide infirmantur, quos curare debent à sua lepra Christi sacerdotes pro sua scientia, & potestate.



# CATECHESIS

## SECUNDA, DE HABITU, & lingua relegandis.

*Lectio ex D. Paulo ad Ephes. 4. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu, deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.*



Vangelica sacramenta, à Christo Iegiflatore, & à suis apostolis tradita, non omnibus ex æquo patent, & ea nonnulli minus diligenter, minusque sobriè interpretando, plerunque pro salute perniciem afferunt, pro cognitione veritatis errorem docent, ac pro notitia euangelij nouam sectam inducunt. In horum numero est Mahomedus, qui cum multa à Christianis audiret, omnia finistrè interpretatus est: ita vt veterem hominem non exuerit cum actibus suis, neq; nouum ipse induerit. Sed relicto Mahomede in igne inferni, ad eos reuertamur, qui tanto errore istius vanæ sectæ, postquam in Christo renati fuerant, cæci, ac miseri inuoluuntur, à quo (si Deus dederit) nostro labore, & diligentia liberentur. Igitur D. Paulum arrepta censoria virgula in eos inuehentem introducamus in hæc verba, *Vos autem non*

*Locus expeditur iuxta D. Aug. lib. 14. de Trinita. c.*

*ita 16. & 17.*

## Secunda Catechesis,

ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis. Venit enim Christus in huius mundi infirmas partes hora quasi sexta, id est, ætate humani generis sexta, tamquam senectute veteris hominis, quem exuere, & nouum induere, qui secundum Deum creatus est, palam nos docuit. At malitia nostra id nobis euenit, vt nondum Christo conformes inueniamur, neque ipsum nouum hominem induerimus, quia nondum ad Christum, quasi in eo fundati, & radicati, plenè conuersi sumus. Qui enim ex animo ad Deum conuertantur, ab ea deformitate, qua per cupiditates sæculares huic sæculo conformabantur, iam nunc reformari poterunt, si audiant Apostolum dicentem, *Nolite conformari huic sæculo:*

*Ad Rom. 12. sed reformamini in nouitate mentis vestræ, vt incipiat illa imago reformari, à quo formata est, nō enim reformare*

*Ad Ephes. 4. se ipsam potest, sicut potuit deformare. Et alibi etiam dicit, Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, eum, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Sed hæc sanè reformatio vel renouatio mentis fit in spiritu, qui mens vocatur, expoliantes vos (inquit ille) veterem hominem cum actibus suis, & induētes nouum eum, qui renouatur in agnitionē Dei secundum*

*Ad Collo. 3.  
Ita. D. Ansel-  
mus sup hęc  
verba.*

*imaginem eius, qui creauit illum. Nam quod alibi dixerat secundum Deum, iam clarius aperit, secundum imaginem eius, qui creauit illum. Pro eo autem quod posuerat in iustitia, & sanctitate veritatis, iam per synonymiam vertit in agnitionē Dei. Fit ergo ista renouatio, reformatioque mentis secundum Deum, vel secundum imaginem Dei: dicitur autem secundum Deum, ne secundum aliam creaturam fieri putetur: idē autem secundum imaginem Dei, vt in ea re intelligatur fieri hæc*

hec renouatio, vbi est imago Dei, id est in mēte hominis. Igitur non sic intelligamus secundum imaginem eius, qui creauit eum, quasi alia sit imago secundum quam renouatur, non ipsa quæ renouatur. In qua renouatione duo aperte inuoluuntur, & peccatorum indulgentia, quæ curatio infirmitatis dicitur, & remotio ex illa contracti, quæ paulatim fit proficiendo in renouatione huius imaginis. Quæ duo in quodam Psalmo, à regio Vate *Psal. 102.* insinuantur, sub his verbis, *Deus propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, & sanat omnes infirmitates tuas.* Et tibi etiam ab Apostolo dicente, *Et si exterior homo doctus corrumpitur,* *2. Ad Cor. 4.* *sed interior renouatur de die in diem, & renouatur autem in agnitione Dei, hoc est, iustitia, & sanctitate veritatis,* quoniam de die in diem homo interior in bonum proficiendo melioratur. Transfert enim amorem suum à temporalibus ad aeterna, à visibilibus ad inuisibilia, à carnalibus ad spiritualia, atque ab istis appetitum frænare, cupiditatem minuere, illisque se charitate alligare diligenter inficit. Tantum autem facit, quantum diuinitus adiuuatur: quia non est homo sufficiens cogitare aliquid boni à se ipso, sed sufficientia eius à Deo est. In quo accessu, & profectu ita homo Deo coniungitur, vt eius imago magis, ac magis in eo reluceat, ac Deo iam conformis ipsi tandem in gloria vniatur. Igitur qui hanc renouationem inuestigare apud Deum contendunt, veterem hominem secundum pristinam conuersationem deponere debent, qui corrumpitur secundum desideria erroris: in quo per voluntatem propriam, sectam alicuius falsi hominis acceptando, quasi neruo vel compede detinentur. Quorum libertatem mentis in spiritu Dei assequendam doctus quisque parochus, & pius inciq.



*Secunda Catechesis,*

incredibili diligentia, vt victoriam de tanto inimico reportet, totis neruis, ac viribus conari studeat, vt suos subditos Christo conformes in vtroq; homine, ac cultu, iam efficiat. Quod si illis prior renouatio, in qua insudā dum magis erit, feliciter contingat, postrema facilius multo erit. Nam iuxta prouerbiū, qui Christum interiorius habet, etiam exteriorius Christianus videri exoptat, non autem alterius sectæ Christo contrariæ professor. Et vt ad rem, in catechesi nostra proposita, reuertamur, qui Christi nomine insignitus est, ac regeneratus, non vtiq; Mahomedi sectator in exteriori habitu, vel cultu, ac proinde interiore religione discerni eligar: sed Christo Iesu secundum interiorem hominem factus conformis, eidem in pietate, modestia, religione, habituq; religionis contrariæ distinctiuo, iam olim à Christianis in vsu habito, assimilari contendat, non autem impio Ma-

*Prouerbiū  
Vulgari ser-  
mone dicitur  
tal dene el hō  
bre ser, como  
quiere pare-  
cer.*

*Amictus no-  
ster ad neces-  
sitate, non  
ad supersti-  
tionem.* Hic enim falsus propheta, diabolica astutia præditus, quasi sartoris officio malè vsus, hominem suæ sectæ cultorem, sibiq; officiosum, sic exteriorius induit, vt ad superstitionem profus suæ falsæ religioni, ac cotidiano exercitio cæremoniarum, lotionum, orationum, oblationumque, aptum, ac dispositum reddidit, ita vt exterior habitus suæ ementitæ religioni, & religio habitui vniformiter responderet. Vnde ille, qui falsa Maurorum religione ducitur, & prophano cultui mancipatur, vel habitu, vel loquela palām dignoscitur. Sed antequam notæ superstitionis, sub habitu, & lingua Arabica latentis, secretū

*Obiecto taci-  
ta ab aduer-  
sarijs refelli-  
tur.*

propalemus, oportebit nos eorum obiectionem diluere qui se scire aliquid in hac parte arbitantes, gentilitium Maurorum habitum, & Algarabiam, Arabiæ natiuam linguam, quasi nationi isti cōcessam, perinde ac Belgæ,

vel

vel Franco suam, non fore relegandam censent. Quibus facile responderetur, Nos de Sarracenorum, vel Agarenorum habitu, lingua, cultuue nihil in præsentî dicere: nam licet velim in Christo iam regeneratos melius sibi consulere quàm consulunt, at ego illis vim non infero ad habitum commutandum, neque ad linguã deserendam. Nobis res est cum neochristianis ex ista secta qui iam interius, quàm exterius Christum debent induere, & istius sectæ mille superstitionum pænitus obliuisci, si salui esse cupiunt. Neque in hoc profelytis, quorum rationem habeo, consilium do: sed Christi legislatoris nostri præceptum eisdem intimo, quod in sua schola benè didici. Est enim quintuplex differentia (vt habet Caietanus) Catholicæ fidei ab alijs sectis, vel Maurorum, vel Iudæorum: quarum hæc est vna. Nam si differentia certa distinctiua Christianorum, & aliorum esset, ita vt quilibet vtens tali habitu fateatur suam fidem, mortale esset peccatum Christiano viro deferre habitum Mauri, vel Iudæi: quia hoc nihil aliud esset, quàm ex timore fateri se Maurum esse, vel Iudæum. Qua de caussa ob iniustam retentionem habitus, & Arabicæ linguæ Maurus ille dicitur, quicumq; sit ille, qui quamuis aqua baptismi tinctus, ac lotus fuerit, adhuc retento Maurorum habitu à Christianis velit distingui. Nec video qualiter fieri possit, vt nouiter conuersus ad fidem ex secta Mahometana, illam possit illibatam seruare, si adhuc retinere eligat antiquum habitum cū natia sua loquela, qui mille superstitionibus abundat, & obseruantia istius falsæ sectæ tantundem subseruit. Quod nunc operę pretium aperire duxi in processu huius catechesis. Mahomedus namque ille, vt erat falsus propheta,

*Verba Caieta  
ni sunt in  
summa. Verbo.  
Habitus  
mutatio.*

*Astutia Ma-  
homedî pro  
conseruatio-  
ne sue sectæ.*

D & dia-

*Secunda Catechesis,*

& diaboli mendacis filius, cum certò sciret patris sui arte suum cõmentum à barbaris, & incultis hominibus gratis fuisse susceptum certæ religionis causa, ne illud protinus rueret, hoc vnum sub anathemate suis Mauris iniunxit, ne legem suam per Gabrielem angelũ à Deo sibi datam sub Arabico idiomate, quasi sacra lingua, in aliud quoduis transferri permitterent: quòd ideò fecit, ne semel à tanto dæmone in errorem inducti, ab eo vnquam resiliunt, facta illius sectæ in aliam linguam trãslatione. Nam qui Christiana pietate, & proximorũ charitate duceretur, deuicta illius linguæ difficultate, aut facta translatione vsus, Mahomedi cultores facili negotio impugnare posset, & suæ sectæ inconstantiam probare. Aliud in super subintulit, ne ad suæ sectæ defensionem, vel rationibus, vel argumentis armati prodirent, sed vel lancea, ac pelta, vel solo gladio euaginato, (prout illis mos est debellandi suos quosque hostes) ad singulare certamen cum quouis Mahomedi, vel sectæ illius impugnatore descenderent, ac litem hæc indicto duello breuius dirimerent. Quia sicut ipse in gladio, non in potestate miraculorum venerat, ad trahendos homines varix religionis ad suam sectam, continentem puram ac sinceram Euangelij religionem, ita ipsi tamquam sui Prophetæ valde officiosi, ad sectam illam & singulis propaiandam, & ab inimicis vindicandam, arma deferre debuissent. Vndè religionis suæ tutandæ causa gladium bicipitem ab humero dextro pendentem singuli Mauri gestant: nam armorum vi, non pietate vlla illa religio falsa, ac vanitate referta, constat. Videte callidissimi hominis audaciam, versutiam, ac verè serpentinam astutiam, qualibus, scilicet, artibus, ac

dos

*Error Mahomedi de quo Arnaldus. q. 13. §. 31. Mos Arabũ in deferendo gladio.*

dolis, & barbaros vtriusque Arabiæ cultores seduxit,  
& eosdem in suis erroribus adhuc detinet. Sed accedamus propius ad illius sectæ superstitiones, sub habitu illo, & lingua latentes, fideliter annumerandas, si ad illas integrè recensendas compotes fuerimus. Et quidem de lotionibus à Mahomede iniunctis, quinque in die peragendis, aliquid supra attulimus: quod restat nunc apariemus in gratiam parochorum. Mauri Mahomedi discipuli importunum illud mandatum non respicientes, ita sese properè illius executioni attemperarunt, ut consutis ex lana, & lino vestibus, iam ad sectæ suæ cæremonias peragendas benè accincti, quasi initialibus vestimentis in publicum procederent. Induti namque camisia ad umbilicum tantum pendente, & lineis caligis ab umbilico ad talos usque extensis, vna tantum corda, xareta Arabicè dicta, ligatis, superapposito verò lineo pallio, siue Alquicerio, (ut voce sua utar) nimis oblongo, pro capitalibus submissionibus tẽpore indictæ lotionis peragendis, fanum suum, siue alxeram lori adeunt: vocati prius (ut de more habent) à suo sacerdote, vel Alphachino raucum habente guttur ex crebris illis vocitationibus à summo tẽpli pinnaculo quinque in die factis. Qui omnes fanum ingressi, varijsque & oblongis ordinibus distincti angustoque loco erecti, audiunt à suo magistro vanas Mahomedi orationes, & sigillatim, ac verbatim recitant cæremoniasque suas adamusim peragunt, ac Deo Mahomedi corda sua offerunt: ac tandè capitibus summissis quasi suo prædicatori annuètes, recedunt aqua tantum purificati, proximè ad alteram lotionem (nisi legitimo impedimento detineantur) redituri. Calceos præterea siue ligneos, siue coriaccos quos ad portas

*Habitus Maurorum omnino est superstitiosus: ac proinde à profelytis relegendus.*

## Secunda Catechesis.

*Lauacra sol-  
lennia, & mi-  
nus sollempnia*

Alxemæ reliquerant absque custodia, citius sumunt, nec ligatos gestant, pro sua perfida religione. In paschalibus verò pomitijs, & lunaribus festiuitatibus lauacra quædam tum sollempnia, tum minus sollempnia (Guadooc maius, vel minus ipsi vocant) pro antiquis ritibus absoluunt: vt distinguere sciant inter ordinarias, & sollempnes lotiones. Caputibus suis super imponunt albam vittam, vel mille ligaturis constantem, in cuius summitate pluma alba, vel discolor infigitur, vt vittati tanto pondere citius, ac grauius capita inclinent, cum Mahomede animas suas deuouent. Aliquot præterea ex illis, caussa maioris religionis, brachia, ac femora, more gentilitio, acubus pungunt, puncta puluere spargunt, sparsa mira varietate pingunt literarum, vel symbolorum in laudem sui Dei, vt suo Mahomede religiosiores habeantur. Hæc in propatulo sunt cunctis gentibus, quæ Maurorū viderint exteriorem habitum, religiosum cultum, rituales sectam: quæ omnia cum variæ superstitionis plena sint, prorsus releganda, & interdicens veniunt profelytis ex secta Mahometana, tū vt antiquæ sectæ omninò fiant immemores, tū etiã vt Christianæ religioni ab illis susceptæ melius sese accommodet. Qui. n. in baptismi verba iurantes Sathanæ, & operibus suis renūciarunt, ac Christi Iesu vestē candidam, quā immaculatam perferant in die iudicij, induerunt; etiã Mahomedū exuere, abiurare, maledictisq; prosequi ex vi præstitæ promissionis tenentur: neq; illā in aliud tēpus differre, sed in hoc suæ salutis cōmodiori instanter exequi. Quis neget hæc? cæcus forsitan, stultus, stolidus suè: quem in sua insipientia oportebit relinquere, ac pro illo, vt meli⁹ deindè sapiat, Deū precari. Sed ad mundū muliebrē Arabicarū aperiendum auidi

curra-

curramus, ex quo tam superstitiones illas ad sectā istam spectantes, quā reliquas ad vsum gentilitium pertinentes, quasi malè refertas, & confarcinatas eruemus. Igitur mundus muliebris Arabicarum duplices continet vestes, priores ad ritus suæ sectæ celebrandos malè confutas, alteras verò ad suam venerem facilius exercendam: quoniā à procliui natura infaciabiles ad suam libidinem explendam procreatæ sunt. Capilli earum ad collum tantum pendēt, ne illorū pondere, si longiores essent, premerētur, dum domi suæ capita ad Mahomedum leuant: tum suas lotiones, tam pro leuibus culpīs, quā pro explenda venere sapius conficiunt. Corollas deferunt, capillis subnixas ex eisdem contortas, vt viris suis, ne dicam alijs elegantiores appareant: breuiiores etiam camisias induunt, vt ritibus cotidianis perindè ac viri sui intra suas domus receptæ, benè accingantur. Loco pallij longioris ipsæ Alcādoram supponunt, vel lineam, vel sericam, mille lineis longioribus, & sericis coloribus ornatam. Cum autem hæc vestis pretiosa sit, ditioribus tantum in vfu habetur, quam induunt postquā mundæ à lotionibus, vel balneis recedunt, & in virorum dulces amplexus ruunt. Ligneos adhuc calceos in pedibus gestant, vt vel super aquas natare valeant, nedum pompaticè incedere, cum lotionibus suis sacris indulgent. Hæ vestes ad suos rituales actus pertinent, reliquæ ad venereos: nam Sago breuiori, Pollote ab eis dicto, vtuntur, qui crura ipsa non regit, huic plicatæ caligæ succedunt cærulei coloris, mille plicaturis confutæ, vt pinguiores appareant: nam pinguior apud Arabes formosior cenfetur, & ideo in illis plicandis multū occupantur, vt quod natura ab illis abstulit, iam ars veneri restituat. Manus

*In muliebrī habitu triplex ratio superstitionis declaratur.*

*L. Petrus. x. can. c. 2. mandat vt in habitu, & conuersatione mulieres sint modestæ.*

*Altera ratio superstitionis in exteriori ornatu.*

Secunda Catechesis ,

*Tomentum*  
est herba lan-  
naria, es el to-  
miento. *Ligu-*  
*strum*, es la  
albeña.

*Gētilitiae su-*  
*perstitiones*  
ab Arabicis  
mulieribus  
inuenta.

*Istæ patena*  
*prohibentur*  
*in actione*  
*Granatensi.*  
ann. 1526.  
c. 1

*Istud symbo-*  
*lum nunc vi-*  
*detur in Al-*  
*hābrina, &*  
*Calatrāuensi*  
arce.  
*Psal. 117.*

præterea ut ungues quibusdam herbis tingunt, lanaria, scilicet, ac ligustro bene contusis. Brachia, & femora de pingunt, capillos necdum sparfos unguentis linunt, balneis quasi cibus utuntur, ac totæ in exercenda venere occupantur, nec fatiatæ utique recedunt. Ut verò pinguiores, & veneri aptiores videantur, somno tantum, & cibus condiendis indulgent: quibus sumptis ad balnea, & venerem cum viris descendant, atque in his rebus omnem ferè vitam consumunt. Sed restant aliæ duæ superstitiones à nobis referendæ, quas earum malitia, cum primum Hispaniam à Mauris subactam sunt ingressæ præ lætitia, & superba arrogantia adinuenit. Nam ut reginas sese æstimantes, capitibus diademata, vel coronas, capillis dimissis attollunt, velo coopertas, & linea toga, vel serica, qua candidiore, & longiore in symbolum nouæ lætitiae utuntur, cum antea laneam, & obscenam deferre solitæ fuerint. In Patenis verò à collo pendentibus noua symbola, quasi dæmonis incantatoris filiae subito excogitarunt: in quibus bene insculptam manum, Dei potentiam præfigurantem ex vna parte, clauem verò, quasi de cælis missam pro portis Hispaniæ Aphris illis aperiendis ex altera, opere fusorio exprimi mandauerunt Africanæ mulieres. Quod sanè symbolū, à viris suis positum, adhuc videre licet in portis magnarum arcium, & earum vestibulis, tanta antiquitate donatum. Quasi hac hieroglyphica litera contestari voluissent Arabes magnam Dei manum, validamque eius potentiam, quam regius vates celebrat dicens, *Dextera Domini fecit virtutem, dextera eius exaltauit me.* Quæ sanè diuina, & extensa manus clauem illam Africanis ciuibus ad vltionem Hispanorum criminum illo tempore inundan-

tium

tium permisit: qua singulas munitas arces aperuerunt, ac per mille ferme annos in Hispania feliciter dominati sunt. Quam verò priorem aperire sunt aggressi, Gibralfarum, quasi securam portam, Tarifus eorum: hinc sua lingua appellauit, quod adhuc voce parum mutata, Gibraltar nomen retinet. Hæc de muliebribus superstitionibus reserauimus, vt lectoris animus in hac sententia confirmetur, habitum, scilicet, Numidicum, & Arabeam linguam à cunctis Hispaniæ finibus relegari oportere, pro salute nostrorum profelytorum, in quorum gratiam hæc nostra scripta publicantur. Et (ni fallor) prædictæ superstitiones cum secta illa impia, & immunda, ab istis profelytis facillè vitari possent, si tam pueris quàm parentibus interdicta pænitus esset Algarabia, cum relegatione antiqui habitus. Quòd si hæc prohibitio executioni mandetur ab omnibus, quorum interest, iudicibus, (prout opto, & cotidie à Christo Domino nostro efflagito) omnis Mahometana religio, perniciofa Hispaniæ labes, à suis finibus relegaretur, & eisdem pura, & sincera Christi religio, quæ in libertatè omnes vocat, protinus succederet. Nec defuere in Hispania viri tum docti, tum pii, qui cum huius fuissent sententia, eandem apud suos catholicos Reges bonæ memoriz, Ferdinandum, & Isabellam, regni Granatensis expugnatores, tulerunt, tempore quo ipsimet Granatenses profelytos fieri ab eisdem regibus petierunt. Quorum consilio ducti regalium pragmaticarum præmararam editionem fecerunt, vt protinus cum religione Mahometana antiquam pellem exueret lupinam, & ouilem induerent, nro cultui exteriori, & vsui linguæ paulisper sese accommodantes. Quarum protocoli in suo facello regio

*Remedium  
efficax pro re  
leganda à fi  
nibus Hispani  
æ secta Ma  
hometana  
iuxta senten  
tiam istorum  
profelytorum.*



*Secunda Catechesis,*

afferuantur in testimonium tam impietatis, quàm negligentiae regiae. Illa enim fuit olim opportuna temporis occasio intimidandi, exequendique regia ista mandata, quae cum calua sit, ni à fronte crinita teneatur, volat in aera, ac semel amissa vnquam recuperari nequit. Audiu ego à quodam Granatensi naturali ciue, cuius parentes illo in tempore ad fidem Christi venerant, eisdem mutatorias vestes ad nostrum vsum consutas ex mandato regio praeparasse, & succedente illico regia dissimulatione, tinea, ac vermibus illas deuorandas tradidisse. Et dum hæc referebat profelytus ille, interim addidit: si

*Dictū cuiusdam profelyti Granatensis.*

tunc temporis illa dissimulatio nõ intercessisset, nec nouarum pragmaticarum editio nobis molesta esset, nec nostra durities nostris praesulibus, & parochis negotium faceretur antiquas, sopitasque leges renouandi. Vnde ex illo tempore ferè in omne vulgus iactabatur, nūmis suis redemisse illarum pragmaticarum editionem, executionemque, & licentiam comparasse mulis, & mulabus suis fræna dura imponēdi, quod lege noua tunc prohibitum fuerat. Sed, vt solet, vulgus indoctum stulta, & à veritate aliena sæpius loquitur, quacumque, vel leui occasione ductum. Nam re vera Reges Catholici in aliud commodius tempus sua mandata distulerunt ( sed non fuit aliud opportunius) vsi regia clementia cum Mauris, nuper ad fidem conuersis: nihil tamē pretij, vel muneris pro interposita dilatione recipientes. At vulgus talia verba iactandi indè occasionem arripuit, quia eo fermè

*Anno Domini 1501. Granata promulgata fuit lex ista.*

tèpore facta fuit nouæ legis promulgatio, vt abusus ille malè introductus super mulas equitandi, toti reipublicæ noxius, de medio tolleretur, ne subito equestris exercitatio, & publicæ incursiones equitum leuis armaturæ alter-

alternis vicibus factæ perirent, cū pro rostris, & oris nostri maris cursores Mauri, aquilis velociore equos conscenderent ad arma parati, pro pace totius Christianæ reipublicæ perturbanda: at nostri equites, perindè ac literati super mulas, & mulos pompaticè sederent. Quæ sanè legis conditio nihil ad profelytos Granatenses, neque ad fr̄na suorum mulorū, si nunc perlegatur in editis transumptis, spectabat, quibus peculiaris inoleuit cōsuetudo mulos suos, & domandi, & fr̄no continendi, vt mansuetiores fierent. Sed Paulo post tempore Philippus archidux Austriæ huius nominis primus Hispaniarum rex, infectam rem à Catholicis suis foceris videns, suorum magnatum consilio, cūm primum ad regni apicem conscendit, ad effectum perducere mandavit. Sed adhuc re infecta relicto tēporali regno ad æternum febris quadam sanguinea correptus trāsuolauit. Cui tam in regno opulentissimo, quàm in proposito sanctissimo Carolus quintus, Imperator inuictus, tanti patris filius ex Ioanna regina susceptus, iure hæreditario successit, ac postea cum dulcissima vxore Granatæ agens, meditari cœpit tam pij mandati opportunam executionem, quā cūm pararet, accepto nuncio à fratre suo Ferdinando, Romanorum rege, malè à Turcis impijs apud Viēnam oppresso, suppetias, auxiliaresque copias ab eo poscente, si fratrem suum cum regno saluum vellet, quasi volando ad eū digressus, infecto negotio profelytorum, Turcam solo sui aduentus audito nomine proffligauit, & fratrem suum charissimum redemit. Neque ad hanc rem afferendam rumore aliquo ducor, sed fama, quæ illis diebus totam Hispaniam repleuerat, tantum Imperatorem consilio piorum, ac doctorum hominū, qui suam

*Philippus rex,  
hanc legem  
etiam tulit.*

*Carolus V. im-  
perator ean-  
dem legē vo-  
luit promul-  
gare.*

## Secunda Catechesis,

*Mota Episcopus Palentinus super hac lege Carolo V. consuluit.*

conscientiam onerabant super hac re, fuisse ductum: inter quos primus erat Mota ille Burgensis, vir Theologus, & à secretis tanti Imperatoris electus ab exordio imperij sui, at postea à suo domino Episcopus Palentinus delectus, & antistes magnus Tolertanus designatus mortuus est, necdum dierum plenus. Què si Deus ad illam Pontificiam sedem, & supremum sancti fori iudicium euexisset, non dubito, quin suis sanctis conatibus, Moriscos novos Christi cultores à suis ritibus represisset, & ad nostrum cultum, vel solus ipse benè composuisset. Huic

*Lodovicus Viues librè edit de reſtaſi de cõtra Mahometanos.*

in votis successit paribus Latinus ille Lodouicus Viues Valentinus, in omni genere disciplinarum versatus, dum causam ageret pro suis Valentinis, tam regno, quam illis salutem exoptans. Sed ad secundum Philippum, vitaliura fruuentem, & suorum profelytorum salutem modis omnibus negotiatem, nostra recurat oratio: qui nuper Valentinorum, & Granatensium præfulum vota excipiens, in suis comitijs, & actibus prouincialibus habitis, anno elapso sexagesimo sexto supra millesimum ac quingentesimum, iam pro Granatensibus salubriores leges tulit, tanquam prouidus, ac sapiens legislator: & pro Valentinis nunc parabit, si mea cum suis consiliarijs allata apud eum vota aliquid valent. Nam civili rebellionem inter Granatenses ingruente, anno exacto sexagesimo octauo sub finem illius, illud vnum iam pro comperto noster Philippus habet, quæ mala ciuibus, quæ damna reipublicæ Granatensi, quæ incommoda toti Hispaniæ, illa Catholicorum clementia, potius crudelitas à nobis dicenda, vno die civilis belli attulerit, quæ omnia filij primorum profelytorum suis conciuibus minabantur. Sed iam tanti criminis primarij auctores tanto prin-

principi pœnas dederunt, ac reliquis, quasi cœmuni populo, à se seruatis, & in vtramque Castellam exulibus, benè indulfit, qui parcere subiectis, & debellare superbos à tanto Imperatore patre suo didicerat. Atque ex diuina misericordia factum est, vt ex tantis malis maiora bona, ille qui solus huius rei scientiam habet, nobis collegerit. Nam & nouum regnum Philippo nostro totius iustitiæ cultori Deus accreuit: solum deinde Granatense ab hæreticis, & schismaticis liberum reddidit: & nouis ciuibus verè Christum cum pietate colentibus ad perpetuam hæreditatem tradidit: Maurorum reliquias etiam in libertatem asseruit: & in vtraque Castella sub vera pietate, ac religione habitare fecit, ac saluas, & incolumès in cælum vsque (si ipsi ex animo resipiscant) vtiq; portum securum appellere concedet. Sed adhuc quædam manent, tanto Philippo digna, decernenda mandata, tam pro exulibus Granatensibus, quam Valentinis, cum rei oportunitas exposcet. Illud primo loco referam, vt à cunctis Hispaniæ finibus ista Algarabia hoc in tempore relegetur cum habitu Numidico: vt cum illis secta Mahometana oraminò pereat: deinde vt delegatis à se

urbium correctoribus, seu publicis censoribus, nec minæ, nec pœnæ desint, si in tanto negotio minus vigilantes inuenti fuerint, quæ cum sui muneris exacta ratio exigitur, infligendæ veniant. Ne verò quia hoc non sibi dictum fuerit, nimis succenseant, vel in datis sibi tabulis regio nomine obfignatis, vel à supremi senatus præside in futurum admoneantur, qualiter de profelytis sibi commissis exigenda ab illis ratio sit, vt sui laboris, vel mercedem, vel pœnam subeant. Quos

*Quæ bona ex  
rebellione  
Granatensium  
prodire. Nã  
Matt. 7. De  
colligit ex tri  
bulis ficus.*

*Præfecti ur  
bium curam  
Moricorum  
gerat, sin mi  
nus pœnas  
luat in iudi  
cio.*

veliam

*Secunda Catechesis,*

velim causam hanc fidei Catholicæ ita diligenter agere, vt cum his subditis, vel prouidi medici, vel periti chirurgi munus exerceant, tam infirmos ex illis ab egritudine liberando, quam putridos succidendo, ne sanis ruinæ, & perditionis causa sint. Cum autem his diebus delectos quosque iudices oscitantes in hac re videam, in exequendis, scilicet, pragmaticis à tanto legislatore opportunè editis, cum hæc sit causa nostræ fidei Catholicæ, vt in superioribus satis à nobis comprobatum est, nec temerè Philippum nostrum adierim, ab eo facile impetraturus, vt etiam sancti fori censoribus hanc curam de nouo iniungat relegandi habitum, & Algarabiã ab istis neochristianis, præfatis superstitionibus quasi vermibus scatentem, ac purum Christianæ religionis cultum sua obscenitate perturbantem. Præterea illud etiam ab eo supplex exposcam, vt nec labori, nec sumptui parcens, melius Valentinis quam Granatensibus prouideat, & manu armata subito eos circumuallet, ac tandem nunc minis, nunc precibus (si id æquum est) ad omnem mansuetudinem, & civilem cultum componat: & quasi à Christi ouili errantes oves pro sua pietate ad Christianam normam, & ecclesiæ pascua salubria reducat. Quod ni fiat armorum vi, potius quam bonorum precibus, nihil profecto cum illis Philippus noster proficiet. Nam neq; illum latent harum gentium deprauati mores, fucata religio, inolescens animarum suarum damnatio, dum Mahomedo suo & publicè, & secretè omnes actiones suas consecrant, nomina dant, sub eoque in hac vita mereri eligunt, vt in futura ad eum perueniant. Sed cum tēpus nec præfinire, nec antepone audeam (quàmuis velim breuius huic rei dari) Valentinis præsulibus, ac fidei cen-

*Cæsares fidei curam subcant relegandi habitum, & Algarabiã ab istis profelytis, tanquam rei superstiosæ iudices delecti.*

cenſoribus conſentiens, ſui decreti anno ſexageſimo ſexto habiti, fideliter verba referam. Aiunt vnanimis, huiusmodi relegationem habitus & linguæ Morifcorū illius regni fieri oportere, ſed executionē eius ad ſuum Philippum deferre, ab eo opportuno tempore peragendam. In quibus verbis tam præſentiam quàm potentiam ſui Principis efflagitant, pro tanto decreto nõ prælo, ſed operi demandando. Sed iam tandē de modo huius mandati exequendi recenſitis aliorum opinionibus noſtram ſententiã ſcriptis mādabimus, vel ab ipſo Principe, vel à temporis vicifitudine temperandam. Sunt qui regijs conſiliarijs ob id ſuccenſeant, quòd regalium pragmaticearum ſeriem iam olim pro Granatēſibus editã, in duos annos diſtulerint, & abſque armato milite, ſed ſola publici præconijs voce intimari, publicarique fecerint: cum datum induciarum biennium machinandæ tantum rebellionis (vt vidimus) ſubſeruerit. Sunt etiã alij, qui profelytis iſtis iniuriam, ac damnum vitari cupientes, huius ſententiæ feruntur, vt ſi ex animo prohibitionem habitus ſui, & linguæ fuerint amplexi, cum ſtatu matrimonij, aut alterius altioris, paulatim antiquum cultum, & pellem in melius cõmutent. At ego dubius de admittenda pro illis conditione iſta huic ſententiæ non auderem ſubſcribere, timeo enim Numidas, poſterosque eorum, & dona ferentes. Res tanta & tanti principis præſentia, & potentia indiget propter eorum malè coercitam audaciam, vt hora fermè vna nec ab iſtis præuenta fiat, cum periculū ex Granatenſibus factum nobis iam excuſus ſit. Sed hucusque de ſuperſtitionibus vitandis, que quaſi anguis in herba ſub illo habitu, & lingua latebant. Iam, vt colophonem noſtræ catecheſi addamus, vnã, & alteram

Decretū con-  
gregation. Va-  
lentina, anno  
1566. habi-  
tæ Et ley 15.9  
16. cit. de lu-  
dios y Moros  
en la nueua re-  
copilacion.

Modus exe-  
quendi probi-  
tionē habi-  
tus & lingua  
Morifcorum  
latius deſcri-  
bitur.

Sententiã au-  
toris de mo-  
do relegandis  
Algarabiam  
cum habitu  
Maurorū.

ratio-

*Ephes. 4. ca.* rationem prioribus breuiter annectemus, ne longius solito lectio protrahatur. Renouamini dicam nostris profelytis amplius multo iam pellem mutastis, carnales affectus exuistis, at renouate nunc animorum inueteratos

*Hebrae. 13. c.* mores, renouamini iuxta Apostolicum mandatum spiritu mentis uestrae, & uestris praepositis, & animarum Re-ctoribus vos accommodate: ipsi enim vigilant, quasi rationem de animabus uestris reddituri. Igitur si in susce-pta catechesi profectum facere uultis, modò Christianae culturae patienter uestras aures praeparate. Nec uestram instructionem in uerso ordine, idest, sub lingua Arabica fieri debere contédatis: neque enim id uestrae salutis expediet, nec subindè ut uestris praepositos de nouo Arabi- cos fieri, ut eorù irrideatis prolationem, in uestrum obsequium uelitis: sed è contrà uosmet eorù uulgari sermone attemperate. Eia eia, uestrae Catholicae institutioni citius accingimini, & à tanto somno ad uestram salutem attenti uigilate. Nec sanè dubito praesules vigilantissimos nostro fermè saeculo fuisse, qui suos sacerdotes pro his rudibus catechizandis ad deuincendam Algarabiã cogebant: & alios etiam huius sententiae pro ista lingua interpretanda publicam cathedram Granatae erexisse. Hos

*Franciscus Ximenius Antistes Toletanus non probauit versionem sacrorum librorum in Arabicam linguam.* reuerentiae, & honoris causa uomino, Ferdinandù Tablricensem, & Gasparù Aualem, Granatensum praesules opinione hominù sanctissimos. At prioris zelum comendauit plurimù Franciscus Ximenius Cardinalis, Antistes Toletanus, factum autem cum versione nostrorum librorum in illam linguam minimè probauit. Alterum uerò suorum profelytorum duricies, & innata peruersitas, ad mutandù consiliu (ut prudentis est) iam tandem perduxere: & ad Galletiam usque pro alijs non tam ru-  
diori-

dioribus instruendis remeare fecerunt. Nam Carolū. V. Imperatorē inuictum; ab Algerio mari fractū, redeuntemque ad nostri maris oram; rātus p̄sul ad manus excipiens, ad aures n̄stro inter illos colloquio suggessit, se oleum & operam tam suis Moriscis Granatenſibus perdere, quia retento suo habitu, & lingua nondum Mahomedum exuerant. Quo audito piſſimus Imperator, ad Galliez ſupremam ſedem, pro ſalute Gallicorū annuente ſummū Pontifice, paulō poſt remouit: deincē elapſis poſt promotionem paucis menſibus ad Toleranā ſedem Pontificem ſibi colendiffimum deſignauit. Sed inuidia mors omnia diluidentis, tam à Sede, quā à Cardinea dignitate detinuit: at remorari eū nō potuit, ne æternam caperetur. Igitur hoc intrepidus aſſerā, particulari nationi in vaſto regno degenti expedire, vt reliquis ciuibus in cultu, habitu, lingua, ac religione ſeſe cōformet: at non è cōtrā, vt ſuſceptus, & linguæ peculiaris ratio cōſeruationis habeatur, præſertim vbi de ſuo catechiſmo agitur. *Fides enim ex auditu eſt, auditus aut per verbū Chriſti* (vt habet Paulus) *perficitur.* Chriſtus nāq; clamante Eſaia, *Aſperget gentes multas, & ſuper ipſum continebunt reges os ſuū, quia quibus non eſt narratum de eo viderunt, & qui non audierunt, contēplari ſunt.* Et addit idem Propheta, *Quis credidit auditui n̄stro & brachiū D̄ni cui reuelatū eſt?* quæ verba Paulus loco adducto, & Ioannes in ſuo Euaḡelio de Iudæis incredulis interpretantur: ſed ad oēs nō credentes extenduntur. Quibus à Deo datur credere, velle operari, & opus ſuū perlicere, pro bona voluntate. Sed illis nō erit ſermo Dei effundendus, niſi n̄ſam linguam, vtcumq; vincendo, percalleant, iuxta Salomonē, *Vbi auditus nō eſt, nō effundas ſermonē.* Quod maiorib; & prælaicis dicū eſt. *Ait. n. Sapiēs.*

Romano. 10.

Eſai. 53.

Romano. 10.

Ioan. 12.

Eccleſia. 32.

Loque.



## Secunda Catechesis,

*Loquere maior natu, decet enim te primum verbum diligenti scientiam: & adolescenti inter alia subdit, Auditacens, simul & querens, in medio magnorum loqui non praesumas.*

**Obiectio soluitur.** Quod si arguas Apostolos varijs linguis fuisse locutos, in promptu arguenti erit responsio, cessasse procul dubio rationem noui nunc miraculi edendi, vt catechizantes omnibus linguis, prout Apostoli in repentino Spiritus sancti aduentu, vtantur: nam sine necessitate, (quæ tunc temporis pro conuersione gentium inerat) miraculum schola Theologica nõ admittit. Sat illis sit, quod promissus, ac missus Spiritus sanctus illa omnia eos doceat, quæ ad salutem diuersarum gentium spectant: & magistratos prouideat in vnaquaque lingua Dei cooperatores,

**D. Gregori<sup>o</sup>** & adiutores. Et vt D. Gregorius in hæc verba ait, *Nisi idẽ Spiritus cordi adsit audientis, otiosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti tribuat homini, quod ex ore docentis intelligit: quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat.* Hæc Gregorius. Hic itaq; Spiritus sanctus etiã docet nos orare pro incredulis, & eosdem nostra lingua, & ope iuuare, si fortè nunc à laqueis diaboli resipiant, & conuertantur, & sanet eos Christus Saluator mundi.

**D. Gregori<sup>o</sup>** *in expositione huius loci, Spiritus sanctus vos docebit omnia.*

**Tertia ratio redditur, cur ista relegatio debeat fieri.** Quod si hæc tam utilis profelytis istis habitus antiqui, & linguæ permutatio, instantanea fiat, aliud etiam nobis bonum accrescet, nec prædictis inferius: vt nostris capitibus, quibus Arabici homicidæ palam minantur, quia à nobis non percipiuntur, cõsulere in tempore possimus; præsertim si cum cõmuni linguæ idiomate, vna esset fides mentium, & pietas actionum. Quare Philippũ Catholicum, & inuictum, dum vixerit, vel millies adibo, & orabo, vt suæ ditionis profelytos cunctos ex secta Mahometana ad ciuiliorem & meliorem cultum, & loquendi

modum nobiscum cōmuam instanti us editis à se legibus, in praxique habitis, reuocare dignetur. Atque eō fiet, vt ad Christum exinde suorum prælulum, rectorum que opere, in hoc tempore acceptabili conuertantur. Illa enim præstiti, vel præstandi iuramenti forma regibus Hispaniæ perscripta in concilio Toletano sexto, canone tercio (at nunc renouanda) in hunc finem palam tendebat.

Can. 3. Cōcil. Tolet. 6. qui nunc renouandus venit, & censet Miranda in summa Concil.

## COLLECTANEA

### Secundæ Catechesis.

- 1 **R**Enouatio profelytorum ex seclta Mahometana duplex à parochis prætendi debet, interior in spiritu, exterior in habitu & lingua.
- 2 *Habitus, & Algarabia in neochristianis multis abundant superstitionibus, idè omninò relegari debent. Arabes autem suos ritus habeant.*
- 3 *Astutia diabolica Mahomedi pro conseruatione suæ seclt. ista fuit, vt in aliud idioma nō transferatur, ne impugnari possit: sed gladio districto tantum defendi.*
- 4 *Sub muliebri habitu triplex latet superstitio, prior pro ritibus secltæ iniunctis, altera pro venere exercēda. Postrema præ superbia dominandi in Hispania concepta: idè tanquàm magis superstitiosus longius est relegandus.*
- 5 *Non est aliud remedium humanitùs inuentum*

E pro

- pro relegatione istius sectæ nisi ut stricta cohibitio habitus Numidarum, & Algarabiæ fiat iuxta prouerbum Maurorum, deperdita lingua Arabica & sectam perire necesse est.
- 6 Præfeti vrbium de salute suorum profelytorū sint solliciti, & seriem pragmaticarum editarum erga eos obseruent: sin minus pœnas dent, cum ab illis ratio sui muneris exposcitur.
- 7 Philippus rex catholicus id cauere debuisset, ut iudices sancti Areopagi hanc relegationem habitus, & linguæ Maurorum profelytis interdixissent, tamquã rem nimis supersticiosam, & sinceritati, ac veritati euangelij contrariam.
- 8 Modus triplex describitur pro habitu & Arabica lingua relegandis: sed vtilior, commodiorue ab auctore notatur, ad imperium nostri Principis executioni mandandus.
- 9 Profelyti ex ista secta vulgari nostræ linguæ sese accommodare debent, ut à suis rectoribus in fide Christi instrui possint.
- 10 Relegata à finibus Hispaniæ Algarabiæ, in illa pax multa esset, vna fides, actionum puritas, ac tandem multa clancularia homicidia vitarentur.
- 11 Profelyti isti ad legum pro se editarum obseruantiam in hoc tempore reuocentur: quibus in praxi habitis, ad omnem ciuilitatem benè cum omnibus componentur.

# CATECHESIS

## TERTIA, DE INVOCATIO

ne dæmonum vitanda.

*Lectio ex D. Paulo ad Coloss. 2. adducitur, Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam, & inuicem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis, & estis in illo repleti.*



**I**CTVM Est in superioribus de fundamentis parum firmis, quibus secta Mahometana nititur, fulcitur, sustentaturque: nunc de primario suo auctore, quatenus eo edocente compilata fuerit, aliquid restat dicere. Notum illud est, quod in sacris literis de dæmone, callido serpente, habetur, apertum mendacium pro seductione primorum parentum confictum in hunc modum, *Nequaquam comedentes de ligno scientie boni, & Genes. 3. c. mali moriemini, contrarium illi voci Dei, in quacumque hora comederitis ex eo, morte moriemini.* Vbi verò mors animæ, & corporis, sua culpa homini est subsequuta, iam tunc & Deus verax, & dæmon cum homine mendax inuentus est. Hic ergo callidus, versutusque serpens malè habens Christi Euangelium pro salute humana promulgari, tanquam à diebus antiquis inuidens, excogitauit pænes se modum, (Deo id permittente) qualiter totum pæne orbem perderet, & in nouum errorem traheret:

E a vide-

### Tertia Catechesis,

videbat enim iam tunc Iidem Christi in partibus orientis crescere, exaltata cruce ab Heraclio Imperatore, & a Christicolis, deinde, in summo honore habenda: deinde attentus contēplabatur solo prostratam gentiū idololatriam, de iusto Cosdroa rege Persarū ab eodem Imperatore; nam & idololatrias bello fregerat, & eorū cultum penē extirperat, destructa excelsa turri, quā pro suorum deorum, veneratione Cosdroas crexerat. Cū vero astutus dæmon multorum deorum culturam non posset amplius defendere, nec legem Mosis à Deo latam negare, mediam quandam viam excogitauit, vt cunctum orbem & decipere, & hoc neruo detinere valuisset. Et ad suum opus perficiendum, quendam dæmonis, mendacijque filium, ritu idololatriæ; fortuna pauperem, mente superbum, animo elatum, maleficijs famosum, nomine Mahomedum, præ alijs sibi elegit. Quem Mahomedum quasi mendacē dixit, semperq; dicere licebit. Igitur diabolus huius sectæ primarius auctor, inuentorque fuit: at Mahomedus illius assertor, ac promulgator. Quod officium suis fortilegijs; maleficijs, incantationibus, præstigijs suæ Magiæ artis ritè est executus. Nam vt erat dæmon tenebra-

*Cham genuit* rum princeps, tantū discipulum in his artibus benè edo-  
*Chus, ex quo* cuit, & alterum Cham, patrem Arabicarum gentiū illum  
*Arabes proce-* constituit. Eò autē processit Mahomedi libido, vt in an-  
*dunt: hic inca-* gelum lucis seipsum transfigurare auderet, & apud suos  
*tauit Noe, pa-* barbaros Deū nunciū pro secta sua diuulganda vendi-  
*trēm suū, ita*icaret. Tam verò familiaris suo discipulo cacodæmon a-  
*Diodorus. li.* detat, vt quāuis non vocatus ab eo sua incantandi arte, in  
*4. s. & Lactan.* omnibus ferè, voce, præsentia, auxilio, consilioque il-  
*li. 2. c. 14. Ca-* lum iuaret, & vocatus etiam nusquā resisteret. *Quid in*  
*lius Rhodigi-* his moror? decepta est ab hoc impostore dæmonis arte  
*nius. li. 2. c. 2*

utraque

vtraque Arabia, magna etiam pars Aphricæ subuerſa, ac tota Numidia, ſi quæ Chriſtum fuerat amplexa, in momento corruiſit, & à ſua eccleſiaſtica diſciplina cecidiſt, vnus hominis falſam ſectam eligendo, ſectandoque. In qua deceptione miſerè nunc detinentur, & vnà cum ſua ſecta tempora perfidi Antichriſti videbunt. Sed in ipſum Mahomedum hæc cuderetur ſaba, quod dæmoni annuerit, quod puro mendacio adhæſerit, quod turpidini indulſerit, quod tenebras luci antetulerit, quod denique ad tantam elationem, ac ſuperbiam cū ſuo dæmone ſefe euexerit. Sed hoc non eſt mirum Apoſtolo. *Ipſe enim Satan* *transfiguratur ſe in angelum lucis,* non eſt ergo magnū ſi miniſtri eius transfigurētur velut miniſtri iuſtitie. Sed ne nos incautos iſte dæmon ſurripiat, nobis inquit Apoſtolus, quod olim Coloffenſibus. *Videte, ne quis vos decipiat per philoſophiã, & inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum.* Quasi velit dicere, ſeruate integrã, incorruptamq; doctrinam quã à me accepitſtis: ſequimini leges, ac traditiones Apoſtolicas: oſtendite veſtram fidem in omnibus firmam, in qua radicati eſtis: adijcite totius charitatis, & virtutis poſſeſſionem: vt omnes de vobis ſentiant, quod in fide accepta perſeuerare elegiſtis. Habete itaq; eam perfectam: vt per omnia laudetis benefactorum, & permaneat in gratiarum actione. Hoc autem iterum dico, ſicut prius dixeram, *Vt nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonum per philoſophiam,* id eſt, probabilem, & ad perſuadendum aptam orationem: *aut per inanem fallaciam,* id eſt, ſuperuacaneam, & noxiam hominum perfidorū traditionem, *aut per elementa mundi,* id eſt, dierum obſervationem: ex ſole enim & luna prodeunt dies, & no-

*Hæc ſecta vi  
debet Anti-  
chriſtum, vt  
ſentiant mul-  
ti.*

2. Ad Cor. 12

*Locus thematis  
aperitur.*

*Ita D. Anselmus super hunc locum.* *Res: ac per mundi elementa, & creaturas à Deo productas. Grauis in Deum iniuria committitur, dum illæ pro dijs adorantur. Præcipit ergo eis, vt vigilant, & sint sobrii in fide, & in omnibus quæ ad illam spectant, nimis circumspècti: vt eis omnibus, qui conãtur à fide eos auertere, omninò aduersentur: quoniam sunt à Christo per suam incredulitatem, vel perfidiam, vel apostasiam separati: & vel legibus Mosaycis, vel gentium ritibus nunc tandem malè alligati. Nemo itaque in lege antiquata, & vanis gentiũ superstitionibus sperare debet: sed omnem suam spem, & Christianam fiduciam in Christo, tãquàm vero Euangelicæ legis promulgatore, firmiter ponere, Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti. Hæc est D. Pauli ratio à nobis perpendenda, atque libranda. Hic Apostolus Christum appellat caput ecclesiæ continentem omnem gratiæ plenitudinem, & diuinitatem ab ipso nobis communicatam, prout Ioannes qui eum viderat, palàm testatur. ideòque personam Christi, & eius virtutem quasi penicillo depingit: volens latissimam differentiã legis antiquæ, & gratiæ Euangelicæ distinguere, & gentium cultum deorum vanum præmonstrare. De persona Christi sic habet: *In**

*Ad Coloss. 2.*

*Hebræ. 13.*

*quæ inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. De lege Mosayca, infert, neminem ad perfectum lex adduxit: de cultu idolorum in elementis mundi constante subiungit esse fallaciam, & traditionem hominum secundum elementa mundi. Neque enim Christus singularem aliquam gratiam ad mensuram sibi datam accepit, sicut olim Moses: sed gratiæ plenitudinẽ: vt ipse, qui est caput vtriusq; ecclesiæ, alios sua gratia, & diuinitate replere possit. Hæc per legentes parochi, vt ad metam desiderabi-*

lem contingant, istam collationem ab Apostolo factam pro suggesto dilatabunt, donec eam firmitus sui discipuli percipiant. Nihil enim eis conducet spes sua posita in Mose, & Mahomede simul: nam Mahomedus ferè in omnibus legem Mosaycam est secutus, tam in lotionibus crebris, quàm in temporalibus promissionibus. Iudæi nanq; nisi crebrò lauerint manus panem non māducant, & reduentes à foro aqua elementari purificantur exterius: quos Mauri quasi simiæ imitantur, & lotiones adhibent quinas in die pro leuibus culpis purgādis, quasi aqua elementaris virtutem habeat animam vsque pertingendi. Deindè terra illa promissionis ad manendum, & ditiones tribuum dilatandas, à Deo promissa, nihil ad mercedem æternorum collium pertinebat, quam malè intelligens Mahomedus pro paradysio voluptatis suis barbaris posuit, fluentem lac, & mel: in quo producendas virgines ex virgultis arborum, pro satianda suorum libidine, cōmentatus est: Cibus ergo & potus, & virginum societas, seu cōmixtio, pro corporea beatitudine finguntur: ex quo eliciet quispiā, Mahomedi beatitudinem corpori, & non animæ fuisse consistam, secundum elementa huius mundi, & non secundum Christum. Quod si Solis, vel lunæ claritas in illa beatitudine interueniat, & solem per diem, & lunam per noctem quasi deos venerentur; hæc erit iniquitas maxima, quam imprecatur, ac maledicit sanctus ille simul & patiens Iobus, dicens. *Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clarè, & osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio apud Deum altissimum, humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus cōfringatur.* Videat doctus quisque parochus qualiter

*Marci. 7. ibidem purificatio Calicum, & vrcorū.*

*Paradysus Mahomedi in elementis mundi constitutus.*

*Iob. c. 31.*





### *Tertia Catechesis,*

dementatus Mahomedus elementa mundi, & nō Christum sequatur, in quibus secta illa vana consistit. Sed hec omnia in dæmonem referamus, qui vt à Deo resiliat, & alios resilire faciat, ad muta elementa, & mundi creaturas quos capit, conuersos reddit iam primum à Deo auersos. Sed ne suorum iacturam parochus faciat, iniungat illis ex verbis Apostoli correctionem. *Videte charissimi filij ne quis vos decipiat per vanā philosophiam, & inanem fallaciam secundum elementa mundi. Nam nos cū essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruietes, at vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum factū ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret: vt adoptionem filiorum sub Christo, & non sub legalibus cæremonijs, vel vanis ritibus gentium, reciperemus.* Nam quæ de Iudæis dicuntur, ad proselytos ex secta Mahometana extendi à parochis debent, parum nanque interest, vel Mosis, vel Mahomedi elementa sequi, & vtriusque vanas cæremonas nullius rei significatiuas percolere. Hos verò proselytos & in fide plenius instruam, & ab idolorum cultura parochi retrahant. Quod vt facilius peragere valeant, breui sermone elementa eorū, idololatriæ species, cæremoniarū cultus varios percurrā. Dictum est à nobis de latræ adoratione, soli, & lunæ, cæli magnis luminaribus, à cultoribus istius sectæ exhibita, quā soli Deo, vni, & trino deberi contendunt: ne Dei gloriam cōmutent, & creaturis quod Dei proprium est ipsis tribuant. Quod vitio & probro Israelitis datur, *Qui mutauerunt gloriam Dei in similitudinem vituli comedentis fenum: cum scirent Deum suum hoc indignè semper tulisse: qm̄ dixerat, Ego Dominus, hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculpsitilibus.* Deindè non patian-

*Galat. 4.*

*Psal. 105.*

*Esai. 42.*

tiantur à dæmone exordium suorum votorum sumere: id enim ab illis dæmon efflagitat, vt Deus eorū & habeatur & colatur. Habet nomina mille, & mille nocendi artes cacodæmon malignus, & qui olim datis auib; ex illis bona, vel mala auspicia venari gentes docuerat, ita nunc ad dæmoniacas quasdam incantationes profelytos ex ista secta facit recurrere, vt suum Deum consulant, & ab eo initia rerum, & respōsa petant. Qui enim nondum pellem Mahomedi mutarunt, nec antiquos mores exuerunt mille modis dæmonē Mahomedi colunt vt Deum, & eius amphibologicas responsiones expectant. Nunc elementis, datis etiam auib; sortibusq; emissis, varias incantationes conficiunt, & dæmones ad sua vocant: fabas saltatrices in certo numero etiā apponunt, & p̄ quacumque re gerenda earum saltum, vel quietem attentè considerant: neque ad bellum gerendum nisi eis emissis procedunt: diuinationem omnem siuè per vana somnia siuè per cadentes sortes, vel per volucres solo astantes, vel cælo volantes, quærunt. Pythonissas quandoque adeunt: quas multas illa falsa dæmonum secta habet, in omni arte sapienter incantandi edoctas, à quibus futuros rerum euentus discunt, postquā ipsæ à dæmone sunt deceptæ: ac tandem ipsi Deū Accaron consulunt: id est, deum Mahomedi, & trinum & vnum Deum de cælis tonantem in omnibus spernunt. Audient igitur vocē Dei, quam vt perceperint, eorum aures tinnient, & corda timore contremunt. *Hæc dicit Dominus Ochozæ regi Samarie: quia misisti nuncios ad consulendum Beelzebub deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel, à quo posses interrogare sermone, idèo de lectulo super quem ascendisti non descendes: sed morte morieris.* Ecce pœnam temporalem pro tanto cri-

*Leuiti. 19. auguria prohibentur.*

*Augurium, vel auspiciū, ex auib; sumebat. Quod erat triplex, de hoc Budeo in Pandectis, & Alex. ab Alexandro.*

*Baruch. 3. in auib; celi ludunt, id est, auspicia, vel auguria quærunt.*

*4. Argum.*

## Tertia Catechesis ,

*Lib. 6. tit. 19  
de las penas  
en el ordena-  
miento real.  
ley 6.*

*Can. 4. cõcil.*

*Altiſiodor.*

*Idẽ in concil.*

*Illibert. can.*

*62. de augu-*

*ribus, & pan-*

*tomymis ad*

*fidem recipiẽ*

*dis.*

mine Ochoziæ impositam, quem æterna maneret, ni subito timore concepto resipisceret. Atque hæ duæ eos palàm minantur, qui prædictis artibus dæmonem quærunt, & auscultant, & eius responsa plena omni dolo, & mendacio peragunt. Proindẽ cum has dæmoniacas artes ab Hispania profligare conaretur Rex ille Ildephonſus. XI. talem legem tulit vulgari nostro idioma. *Qualquier que va a los adeuinos, o cree en sus falsos dichos, es caso de heregia, y la mitad de sus bienes son para nueſtra camara.*

Iuxta canonem. 4. concilij Altiſiodorensis, qui sic habet. *Non licet ad fortilegos, vel auguria respicere, nec ad characteres, nec ad sortes, quas sanctorum vocant, vel quas deligno, aut de pane faciunt, aspicerere. Sed quæcunque homo facere vult, omnia in nomine Domini faciat.* Sed pœnam hisce fortilegis, & auguribus auxit catholicus rex Ioannes huius nominis II. post longam prohibitionẽ vtriusque testamenti locis confirmatam, in hunc modum subdit.

*Ley del Rey*

*D. Iuan el II.*

*cõr. 1. los he-*

*chizeros y a-*

*goreros, año*

*de. 1411.*

*Los Reyes Ca-*

*is qui coniu-  
rat dæmonem,*

*credit eum ha-  
bere à se pote-  
tolicos. en los*

*testatem operandi*

*aliquid principaliter,*

*& virtute actiua*

*capitulos de*

*non permissiua. Nam*

*omnis potestas à*

*Deo est, & nisi Deus*

*Corregidores*

*permissiue se habeat*

*cum dæmone suę iustitiæ ministro,*

*Y porque mejor sea guardado, mando a los Alcaldes, è Justicias de qualquier ciudad, villa, o lugar, do quier que fallaren los tachizeros y a-goreros, año o por confession de los mismos. Sed tamen dæmonum inuocatio quæ sapit hæresim illa est, quæ fit ad malum, cum*

*is qui coniu-  
rat dæmonem, credit eum ha-  
bere à se pote-  
tatem operandi aliquid principaliter, & virtute actiua non permissiua. Nam omnis potestas à Deo est, & nisi Deus permissiue se habeat cum dæmone suę iustitiæ ministro, (vt Iobi casum legimus) nil poterit per se efficere, nec dāna vlla inferre, nec morbum grauare. Et licet aliquando dæmones futura prædicant, morbos humanis corporibus inferant, infirmos interim sanent, hoc non fit ex virtute sua, sed ex diuina permissione, vt pateat, quali fi-*

*de, &*

de, & deuotione sint erga Deum. Qua de causa in veteri lege cautum à Deo fuerat, ne ad prophetas falsos populus corrueret, & de pœna, qua puniendi venirent, sub his verbis. *Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium dicat se vidisse, & prædixerit signum, vel portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi, eamus, & sequamur deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis, non audies verba prophetae, aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester ut palam fiat, vtrum diligatis eum, aut non, in toto corde vestro, & in tota anima vestra. Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete, & mandata eius custodite, & audite vocem illius, ipsi seruietis, & illi adherebitis.* Per quæ verba apparet, quod illa quæ à diuinatoribus non secundum Deum dicuntur, si acciderint, non sunt ita accipienda, quod à dæmone propria potestate fiant, sed potius Deo permittente eueniant: ut dilectio nem hominis erga ipsum experimento discat, & pœnã cõmeritam vel mercedẽ pro labore rependat. De propheta illi? pœna sic intulit Dñs. *Propheta aut ille aut somniator occidetur: quia locutus est, ut vos auerteret à dño Deo vestro, qui eduxit vos de terra Aegypti, & redemit vos de domo seruitutis.* Ecce aperta differentia à Mose descriptã inter falsi prophetae, & Dei maximi mirabilia: cõparat enim Moses priora signa cum posterioribus, & ea tripliciter distinguit. Primò quia illa edidit falsus propheta, verè somniator, hæc aut Deus ipse de cælo tonans: illa facta sunt in muscipulam, & laqueum hominum, hæc aut in libertatem eorũ, qui in misera captiuitate detinebantur: illa diuina permissione euenerunt, hæc autem Deo auctore pro sua gloria, & humana salute in orbem prodire. Et sicut antiqua ista prodigia iam olim incredulo populo profuere,

pro

Deut. 12. 6.

D. August.

to. 3. lib. 11.

super Gen. c.

12. &amp; Magi

ster in. 2. dis.

21. &amp; Do-

ctores ibidẽ.

S. Tho. 2. 2.

q. 96. per. 4.

artic. &amp; Ca-

ter. ibi.

### Tertia Catechesis,

pro afferenda in Deum fide, & religionè, sic quæ in nõ-uo instrumento à Christo edita nobis proponuntur, sufficienti profectò ad firmum assensum rebus fidei præbèdum, nec alia à profelytis istis sine necessitate petenda erunt. Proindè radicati, ac benè fundati in fide, (vt Paulus nos omnes esse cupit) iam tandem signis à dæmone editis, tamquã falsis, & omninò execrandis ab omnibus diffidendum erit. Dicant igitur nostri profelyti, pro quibus laboramus, dæmoni incantanti sapienter, vt valeat iam cum suis signis, portentisque: ac memores sint qualiter principes Apostolorum, Petrus, & Paulus, de ipso aere Simonem magum in terram traxerint, & fortiter in petram allisserint, vt contractis ad petrã pedibus amplius volatui renunciaret. Nunc autem Christi sacerdotes potestatem habent calcandi serpentes: expellendi dæmones incantantes: cunctam diuinationem, vel superstitionem de medio tollendi: ac tandem quia eis insignia regalis, & sacerdotalis dignitatis à Deo delata sunt & ab Spiritu sancto infusa, suam indæmones exercentes potestatem, hæc munia exercebunt: neque illis etiam in vnum hominem armatis terga vertent formidolosi. *Dedit enim eis Christus potestatem calcãdi supra serpentes, & Scorpiones, conuocatisque duodecim dedit illis Iesus virtutẽ, & potestatem super omnia demonia, & vt languores curaret. & misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos.* Dæmonibus autem frustra in homines insultantibus, & ab Apostolis in dicto nomine expulsis, ouantes ad Christum redierunt Apostoli, & dixerunt, *Domine etiam demonia subiiciuntur nobis.* Quibus ne subita elatione corripentur, præito ait Christus, *Verumtamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem quia no-*

*mina*

*In hemil. san  
Eti Maximi  
pro festo apo  
stolorum Pe-  
tri, & Pauli.*

*Luca. 9. &  
c. 10.*

mina vestra scripta sunt in cælis: & de caelo dæmonis quasi  
 exëplum patens, sic intulit, videbam Sathanam quasi fulgur  
 de caelo cadentem: quasi diceret, nolim vos ex data pote-  
 state elatos in ruinam, vt olim dæmones, subitam trahi.  
 Qua propter parochi pro data sibi potestate hunc ritum  
 superstitionis notæ incantandi sapienter, citius quo po-  
 terunt, suis profelytis interdicerent, & à dæmone decep-  
 tos, vel ad suos episcopos, vel ad iudices fidei sistant:  
 vt illata pœnâ ab eis dilcant quem inuocare in necessita-  
 tibus suis debeant, an Christum Iesum Saluatorem totius  
 mundi, an Mahomedi dæmonem, salutis eorum &  
 inuidentem, & reluctantem. Nam ritus iste dæmonem  
 inuocandi heresim sapit: & ad prædictos iudices spectat  
 eorum coertio, qui dæmonis vsum, & ministerium in-  
 uestigant: quos punire debent rum latratu, tum baculo  
 pastoralis, vt iura cuncta proclamant: vt in cap. vt offi-  
 cium Inquisitoris. in princip. de hæreticis, lib. 6. Et in  
 cap. excommunicamus. §. adijcimus, eodem titul. Et in  
 Clem. 1. §. sanè de vsuris. & alijs multis in locis. Quanta  
 verò diligentia tam in hæreticis quàm de hæresi suspen-  
 ditis puniendis ab Episcopis exhibenda sit, decretum il-  
 lud concilij Lateranensis sub Innocentio. 3. palam con-  
 testatur sub his verbis. Si quis Episcopus super eos purgando de  
 sua diocesi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit, vel  
 remissus, cum id certis indicijs apparuerit, ab episcopali officio  
 deponatur, & loco ipsius alter substituaturs idoneus, qui velit  
 possit hæreticam confundere prauitatem. hæc ibi. can. 3. & idē  
 in cap. ad Abolendam. de hæreticis.

Nec satis parochis erit, quoties pro suggesto, occasio  
 sese obtulerit prædictos ritus augurandi, auspiciandi,  
 fortiendi, ac dæmones inuocandi, quasi venos, & reli-  
 gioni

S. Tho. 2. 2.  
 q. 96. per. 4.  
 ar. & Nauar  
 ro. in summa  
 can. 11. de  
 colendo Verè  
 Deum §. 19.  
 vsq; ad. 42.

Iura contra  
 dæmonū in-  
 uocatores seu  
 incantatores  
 adducta ab  
 Arnallo Al-  
 bertino. q. 11  
 per totam.

### Tertia Catechesis;

*In regia praegmatica anni. 1566. pro Morisicis Grauatensibus.*

gioni Christianæ ex diametro oppositos refellere: sed illud etiam obnixè curabunt, vt eos à tantis vanitatibus præpediri studeant, hac scilicet arte, vt statis diebus veneris, domos circumeant, & quasi aliud agentes, quid agant, quid cum vxoribus, aut filijs consilij captent, pro suis votis adimplendis, secretius obseruent & quasi per domorum rimulas auscultent. Huc enim illud regium mandatum de portis aperiendis in his diebus tendebat, vt viatores singuli, & præsertim parochi, & licitores publici, quorum interest hæc damna resarcire, eadem sua præsentia vitare discerent. Simili etiam ratione tunc & balneorum facta est à Principe prohibitio: cum ipsi verò testimonio constiterit, qualiter suis superstitionibus, & immundicijs, & venereis actibus, istis profelytis prædicta balnea subseruirent. Ipsi ergo prouerbum

*Duo prouerbia profelytis dicta.*

*Lunæ adoratio qualiter vitanda.*

*Oratio versus lunam superstitiosa habetur.*

dicit, Balnea vitate profelyti: Quid enim cani cum balneo, si ibidem ad vomitum Mahometanæ sectæ estis redituri? Præterea illa curiosa lunæ nouæ, siue aspectus eius contemplatio, cum peculiari adoratione coniuncta (cui horum inferiorum motum, differentiam, generationem, corruptionem tribuunt) omninò erit eisdem interdicens: ne creaturæ quod solius Dei est, gloriam scilicet & honorem, dent. Modum deindè orandi versus priorem stellam, vel lunam nobis apparentem, superstitiosum oportet parochos agnoscere: vt quoties eos versus lunam conuersos viderint, tunc vel mutuo colloquio ab oratione distrahant, vel si certi sint de tali cultu eo tempore peracto, in eos acriter inuehant, & iudicibus sistant: vt per illatam pœnam Christum Iesum ex animo colere discant, non autem solem, vel lunam. Nota enim illis esse debet Dei omnipotentis

conditio, qui ait per suum vatem Esaiam, *Gloriam meam aliter nō dabo, & laudem meam sculptilibus*: neq; enim creatura purior, vel dignior suo creatore erit. Tandem pro tempore delecti parochi suis parochianis consulant, vt à Taxillorū ludo, quē Tabā ipsi vocant ab istis in vsu habito pro suis fortilegijs, & augurijs exequendis & etiam à fabis pro emittendis fortibus, sese abstineant, ni velint ludum perdere, immò rem temporalem, & vitam. Aliorum etiam ludorum vsus, si superstitio eos inuenerit, vel militaris exercitatio (vt est ille de iactu lapidum ad dulcem calamum confringendum, vt inde certi lapidatores euadant pro cerebris hominum à longè peteadis) de medio eorum tollent, vel facta commutatione, vel iudiciaria potestate: quò eos mutuz charitati, & fraternitati attentos reddant. Hæc nobis sese obtulere, reliqua ad ritus superstitiosos, & demonum incantationes vitandas, vel ab ipsis profelytis ad vomitum redeuntibus, vel à lectione doctorum contra dæmonum incantatione scribentium, nostri parochi facilè discent: quæ omninò attentius relegabunt, vt suos subditos veros faciant profelytos, Christum imitantes, & Mahomedum in omnibus abiurantes. Quæ omnia in motu proprio Sixti V. Pontificis Maximi, Romæ publicato, die nona mensis Ianuarij, huius anni 1586. strictè prohibentur, & caussa ad Episcopos, vel Inquisitores hæreticę prauitatis mandato tanti Pontificis deuoluitur.

*Esai. 42. 6.*  
*Taxillorū ludus relegādū cum alijs, vt habetur in decretis. 33. q. 2. c. Si per fornicarias. Et in Motu proprio Sixti V. qui incipit Celi, & terre, &c.*  
*Alexāder ab Alex. & Budaus in Pandectas: & Ciuelo contra iudiciarios: & Arnaldus Alber. q. 24. per totam.*



# COLLECTANEA

## Tertiæ Catechesis.

- 1 **S**Et a Mahomedi publicata est ab ipso demonia-  
cis incantationibus: nam hanc artem diabolus  
suum Mahomedum docuit.
- 2 **P**aradysus Mahomedi à dæmone confictus, car-  
nalibus delicijs constat, quibus barbaros & incul-  
tos homines allexit.
- 3 **Q**ui in Christo, & per Christum iam renati sunt,  
Dæmoni, & suis artibus incantandi, augurandique  
ex animo renunciare debent.
- 4 **P**œnæ contra ariolos, & incantatores habentur  
in veteri lege: & humanæ leges, & Põtificiæ adhuc  
pœnas istas augent.
- 5 **A**rioli, & incãtatores quidam sunt hæretici, qui-  
dam autem non: vndè pro pœnis inferendis sunt  
distinguendi.
- 6 **P**arochi & rectores animarum legant auctores  
malas istas artes impugnantés: vt eas refellere, &  
impugnare discant.
- 7 **P**arochi à nobis admonentur de multis ritibus ad  
has artes pertinentes, vt eos agnoscant, & illis vten-  
tes punire faciant.

## CATECHESIS

QUARTA, DE RITV CIRCVN-  
cisionis abolendo.

*Et lectio sumitur ex D. Paulo ad Galat. 5. State, & nolite iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ.*



**M** In votis nostris illud sit potissimū de renouatione istorū profelytorū secundū Christū, vt illum induant, & imitentur interius, & exterius, vehementer cupere eos perfecti in Christo circumcissione tantū spirituali, spreta carnali, iam illis noxia, & mortifera renasci. Nam quamuis Abrahæ dicantur filij per Ismaelem, pro sua spirituali regeneratione, prædicta circumcissio abundanter sufficiet, vt tanti patriarchæ etiam filij spirituales per fidem Christi habeantur: & iam nō, vt olim Ismaelitar, Agareni, Sarracani, sed Christiani, tamquàm in Christo renati, dici mereantur, in fide Abrahæ figurati, & in Christo Abrahæ filio benè radicati, quibus merces æternorū collum à Deo promissa est. Sunt enim in triplici differetia Abrahami filij, primus Isaac: alter Ismael: reliqui ex Cethura concubina, de quibus aliquid allegoricè sancti Doctores tradunt. Nam totidem sunt filij ecclesiæ, quot sunt Abrahami. *Vna autem est* (inquit sponsus cælestis)

*A Sarraca  
prouincia*

*Arabia dicti  
sunt Sarraca  
ni, non Sarra  
ceni, nisi vo-  
ce corrupta.  
Nam ab Ara-  
gargenus du-  
cunt, non ta-  
men à Sarra.*

**F** colum-

Quarta Catechesis,

D. Epiph. li.  
3. cōtra hæ-  
res. tom. 1.  
fol. 482. ita  
explicat.

*columba mea, perfecta mea, vna est matris sue, electa genitrici sue.* Et postea ostēdit quomodo apud omnes reperietur velut honoratior, & præstātor omnibus existēs, & omnibus imperans, & ipsi sola electa, cuius liberi hæredes sunt huius sponsi, & verē liberi, vt pote filij promissionis & non filij ancillæ, neque pellicis, neq; aliarū sine numero positarum. Tametsi enim à Cetura pellice Abrahā filios habuit, non idēd cohæredes sunt cū filio suo Isaac: dona verō acceperunt legati nomine, quōd figura certa maneret in allegoriam diuini verbi, vt ne quis desperet à vocatione Christi. Nam dona, quæ dedit Ismaeli, & filijs Ceturæ figura erant futurorum honorum, ad conuersionem animarū ad fidē, & veritatem. Ipsi equidem Agar ancillæ, & ab Abraham eiecte, vt quæ seruiebat infra in Hierusalem, cum filijs suis, magis significanter ob spem reditus vtrem aquæ dedit, quo lauacri regenerationis vim ostendat datam esse incredulis ad donum vitæ, & conuersionem omniū gentium ad veritatis agnitionem. At filijs Ceturæ dona erant ista, pecuniæ præsentēs, aurum, & argentum, ac vestitus: & in mysterio conclusit Abraham in peris thus, & myrrham, & aurum regum Sodomorum, & Gomorrhæ, quando Chodorlahomor, & Barsa, ac reliqui reges in captiuitatem à Sodomis ducti sunt: & ab vnoquoque opulētiam pecuniarum, & aliarum rerum multitudinē diripuerunt. Quam reduxit Abraham tunc à cæde Regum, & neque auertere ea, quæ iam Deo destinata erant, ausus fuit: sed dedit ipsam cum alijs dono filijs suis ex Cetura: velut in traditionibus Hebræorū reperimus. At verō in Christi aduentu cum iidem filij Abraham ex Cetura, eiecti ab eo essent, & habitassent in partibus Arabicis Magodiæ re-

Quid significat vteraque datus Agar ab Abrahamo, cū ab eo fuit eiecta.

gionis, Magi qui ex successione feminum illorū descendunt, eadē dona in participationem eiusdē spei, Christo in Bethlehē nato obrulerunt, quando stellā cōspicati eundem adorare venerunt: Hęc S. Epiphanius. Dum hęc offendimus, & quasi thesaurū effodientes perlegimus, animus noster exhilaratus nimis in suscepto labore confirmatur, & spes nostra erigitur pro his fratribus in fide Christi assumendis, qui vel ex Agar, vel Cetura genus ducentes ad veram fidem iam olim conuersi, seu nunc pridem conuertendi veniunt. Quibus bonis istis aibus & auspicijs ductus, dicere incipiam. *Fratres, state in fide suscepta, nolite iugo seruitutis iterum contineri*, ne fortē vobis aliquid mali, quod olim Galatis à Paulo reprehensis, contingat. Vos enim iam liberi estis, postquā desuper vobis datus fuit ad fidem Christi accessus peropportunus cum vera libertate euangelica: permanete igitur vsque ad mortem in illa, & nolite iterum à iugo seruitutis contineri. Prius enim vos continuit iugum idolorum, & rituum falsę festę: & nunc cur vultis colla vestra tanto iugo dirę, ac grauis seruitutis subdere, cum experimento didiceritis onus illud omnium grauisimum? Nolite (obsecro vos milites) tanto iugo seruitutis iterum contineri, nec saltem solius circuncisionis ritu abolito, quę in omnem legis seruitutem, ac miseram perditionem trahet. Dicit enim vobis Paulus, qui notę est apud vos auctoritatis, vt potequī hoc euangelium non ab homine, sed à Christo didicit, *quoniam si circuncidamini, sicut facere vos soletis, Christus vobis nihil proderit*. Attendite damnum imminens ex ritu iam abolito, quāuis in Christo renati, & cum eo sepulti

*Munera Magorum vnde processerint, quę Christo obrulere Mat. 2.*

*Locus Pauli n° applicatur*

Quarta Catechesis,

per baptismum in morte ipsius sitis, si circumcisione utamini, vestra regeneratio nullius momenti erit cum circumcisione copulata: quoniam circumcisio ista carnalis nulli prodest: sed cunctis etiam ea ventibus obest

*Circumcisio plurimum, quacunque intentione fuerit peracta. Nam non est utilis si quis circumcidatur ad imitationem suorum parentum post baptismum: ita pro tantum, non magis proderit ei illius pelliculae praeputij abscisio, quam unguium, vel capillorum refectio. Si bat Castro li. verò religionis antiquae obseruantia, cum illius abolita contr. haeres. sit promissio, & euacuata legis virtus, iam vana, & futi- verbo lex, ha- lis istius ritus peractio, nihil omninò significantis, mortē ref. x. spiritualementi palam ingeret. Si autem pro Christi tantum imitatione deuotus quisquam sanguinem suae pelliculae velit fundere, & tantum dolorem pro Christi exemplo subire, cum signum illud Christum venturum praefigurat, falsum videretur, ac proinde lethale cuicumque eo venturi. Nam si prophetica ista sacramenta post Christi aduentum seruarentur, vel Christus iterum venturus per ea promitteretur, aut nusquam in eis fuisset promissus: at neutrum istorum est dicendum, cum illa quem figurarunt, iam venisse testentur, & loco huius sacramenti, baptismi sacramentalis lotionis, cuius figura erant, palam successisse. Sciat ergo quicumque vimbram illam legis veteris custodit, veritati euangelicae sese contradicere, cum signum mortiferum nunc legalis circumcisio probeatur, nulli prodens, sed omnibus obens. Si enim per illam legem iustitia, vel iustificatio fieri asseritur, iam Christus gratis pro nobis mortuus est, subinferet idem Apostolus: si autem aliquid nunc implendum figurat, ergo Christus iterum moriturus, ac patri aeterno satisfactorius adueniet, tum ut ista sacramenta euacuet,*

*D. Anselm<sup>o</sup> videtur dāna re errorē Caie tani. Quem Pius V. in suis abradi à commentarijs. 3. par. S. Tho.*

plurimum, quacunque intentione fuerit peracta. Nam si quis circumcidatur ad imitationem suorum parentum tantum, non magis proderit ei illius pelliculae praeputij abscisio, quam unguium, vel capillorum refectio. Si verò religionis antiquae obseruantia, cum illius abolita sit promissio, & euacuata legis virtus, iam vana, & futi- lis istius ritus peractio, nihil omninò significantis, mortē spiritualementi palam ingeret. Si autem pro Christi tantum imitatione deuotus quisquam sanguinem suae pelliculae velit fundere, & tantum dolorem pro Christi exemplo subire, cum signum illud Christum venturum praefigurat, falsum videretur, ac proinde lethale cuicumque eo venturi. Nam si prophetica ista sacramenta post Christi aduentum seruarentur, vel Christus iterum venturus per ea promitteretur, aut nusquam in eis fuisset promissus: at neutrum istorum est dicendum, cum illa quem figurarunt, iam venisse testentur, & loco huius sacramenti, baptismi sacramentalis lotionis, cuius figura erant, palam successisse. Sciat ergo quicumque vimbram illam legis veteris custodit, veritati euangelicae sese contradicere, cum signum mortiferum nunc legalis circumcisio probeatur, nulli prodens, sed omnibus obens. Si enim per illam legem iustitia, vel iustificatio fieri asseritur, iam Christus gratis pro nobis mortuus est, subinferet idem Apostolus: si autem aliquid nunc implendum figurat, ergo Christus iterum moriturus, ac patri aeterno satisfactorius adueniet, tum ut ista sacramenta euacuet,

tum

tum etiam vt suam veram fidem astruat his, qui adhuc circuncisionem prædicant. Nec solùm vobis dico, addit Paulus, quoniam si circundamini, Christus vobis nihil proderit: sed etiam testificor omni homini circuncidentis se, siuè Iudæo, siuè Mahomedi deuoto, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ, sicut ille, qui baptismum recepit, ad obseruantiam Euangelij manet astrictus. Quasi apertè velit dicere, non vnum tantum malum ex circuncisione vobis accrescet, hoc scilicet, quod susceptum baptismum nil vobis ad salutem præstabit: sed aliud maius, nam necesse erit vobis nunc, antiquæ seruitutis legem subire, vt cuncta legis præcepta, vel nolentes faciatis, cum vnum de circuncisione renouanda admittendum gratis elegistis. At pressi tãto onere, citius succumbetis, quod si subleuandi sitis, & in Euangelicam libertatem denuò vocandi, contempta à vobis circuncisione, ex diuina misericordia id prorsus eueniet. Hucusque Apostolus est locutus cum suis Galatis, Sed D. Petrus ad omnes gentes sermonem dirigens, quasi eas obiurgando, sic increpantia verba profert. *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi.* Cui decreto firmissimo omnes Apostoli concilio astantes subscribunt, & Iudam, & Silam ad fratres mittunt, vt eadem suo nomine referant. *Visum est enim Spiritui sancto, & nobis, nihil hæc quæstio de Ultra imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria, vt abstinere sitis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione: à quibus custodientes vos, bene ageris. Ecce relegatam circuncisionem à Christi ecclesia, & quædam prohibita quia mala, reliqua quia alijs ruinæ causam*

Actor. 15.

Actor. 15.

Decretum concilij apostolorum, in quo

Explicatio decreti apostolorum

## Quarta Catechesis,

præbebant tempore nascentis ecclesiæ. Post hoc autem decretum, ab Spiritu sancto, & à tanto concilio editum, & promulgatum, nescio quid mouerit impostorẽ istum, vel digito suis labijs superposito, in huius ritus renouatione dissimulare, cùm illud sub præcepto in suo Alchorano non inueniatur iniunctum. Sed quæ illum hac in causa mouerint, ex suis scriptis collecta, in gratiam lectoris subscribere elegi, ne diminutus videar. Mahomedus (inquam) se patrem habere Abrahamum, de quo multa habet in suo Alchorano, apud omnes gloriatur: & quia dictus est pater multarum gentium, suos Agarenos, & Sarracenos huius tanti patris filios denominat, priores ab Agar, posteriores à Sarra susceptos. Nam & seriem sacræ paginæ, & honorem Sarre debitum ipse inuertit, & Agarenos reliquis Sarracenis in honore; & dignitate præfert: quasi plus Ismaeli quàm Isaaco proprio hæredi tanti Patriarchæ sit suo iudicio debitum. Cum igitur ab aliquibus, vel legerit, vel acceperit, Abrahamo traditam fuisse circumcissionem, & eandem à Iudæis octauo post natiuitatem infantis die peragi, hanc voluit à suis obseruari absque diei alicuius præfixione, vt Abrahami filij, notarentur hoc signo exteriori. Quod præceptum postremo loco non scripto, sed verbo, quasi viuz vocis oraculo Mahomedus suis deuotis intulit: illudque religiose, ac superstitiose adhuc retinent, nec omninò violandum putant, nec in vitæ articulo prætermittendum. Sed cum duplex sit circumcisio, carnalis prima, spiritalis altera, quæ istarum seruanda sit, à D. Paulo definitur in epistola quæ ad Colossenses fuit missa. Quib⁹ sic ait, *In Christo Iesu, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis, vos circumcisis estis circumcissione nõ manu facta in expoliatione corporis*

*Guillemus lib. 4. præcepto. 8. quod est vltimum datum à Mahomede.*

*Errores duo Mahomedi impugnantur.*

*S. Th. 1. 2. q. 102. art. 5. ad 1. docet cur fuerit data Abrahamo circumcisio.*

*Duplex circumcisio, carnalis & spiritalis ex c. 3. ad Romanos.*

corporis carnis sed in circuncisione Christi consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem. Nam cum sacramentum illud potius figuram baptismi gesserit, quam sanctificandi in se ipso virtutem prætulerit, plus habebat mysterij in figura, quam in fronte promittebat. Unde cum Apostolo ad spiritualem circuncisionem, spre-  
 ta priori carnali, omnes euocantur, qui Christo per baptismum renati, & consepulti ascribuntur. Sic enim procedit Apostolus, vos iam estis spiritualibus Christi Iesu bonis repleti, & sua diuinitate participata perfusi, in quo circuncisi estis: non igitur opus habetis, nimis esse obseruantissimi istarum cæremoniarum antiquæ legis: sed solam Christi fidem charitate formatam, ad salutem omnium sufficere, firmiter tenete, nec ab hac fide quicquam vos dimoueat. Nam si ego, aut Angelus de celo aliud vobis euangelizauerint, præter id quod euangelizatum est, à me, anathema sit. Resurrectio enim Christi, quæ facta est tertio quidem à die passionis suæ, sed octauo in diebus illius hebdomadis, ipsa vos spiritualiter circuncidit, non carnaliter. Circuncisi itaque estis spiritualiter hac tanta circuncisione Christi, consepultique ei in baptismo, mortificati que vitij & concupiscentijs: vt sepulturæ eius in baptismo participes facti, resurrectionis quoque illius, & nouæ conuersationis sitis participes. Trina namque mensio baptismi imago existit triduanæ Christi sepulturæ: vt quisquis in aquam velut in sepulchrum ad Christi imitationem deponitur, mortuus sit iam omnino peccatis, vt possit resurgere virtutibus. Nam quæ seminauerit homo, hæc & metet, quoniam qui seminat in carne sua istas cæremonias sectæ carnalis, De carne sua certè metet corruptionem, qui

Ad Colof. 2.  
 D. Aug. ser-  
 mon. 15. de  
 verbis Apo-  
 stoli, & psal.  
 118. & D.  
 Hieron. libr.  
 de v. ra cir-  
 cūcis. ad The-  
 sariam Epi-  
 stola. 20.

Ad Galat. 1.

Ad Galat. 6.



### Quarta Catechesis,

*autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam. Neque volunt vos circumcidi, ut in carne vestra glorientur. Mihi autem (audet Paulus) absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: quasi dicere velit, omnes isti pseudo apostoli circumcisionem sub præcepto nunc ponentes, quos secutus est Mahomedus, de hac re gloriabuntur, quod vos suis sermonibus fidem dederitis, abscindentes superfluum carnem præputij vestri. At ego longè aliter gloriabor, quod Christum vobis prædicauerim, quod vos iterum pepererim, quod à carnali circumcisione, quã parabatis, exemerim, & ad spiritualem totis meis nervis, ac prædicationis viribus in tempore reuocauerim. Nec velim vos talem curam abscissi præputij agere, ut arte quadam medica infernam membrorum cuticulam attrahi sinentes per instrumentum attractorium, spathisterem appellatum, & glutinatorijs circumdatis, præputium rursus superinducatis: hæc enim ars nihil corpori prodest, & animæ multum nocet. Circuncisus aliquis vocatus est, non adducat præputium: in præputio aliquis vocatus est, non circumcidatur. Circuncisio nihil est, & præputium nihil est: sed observatio mandatorum Dei. In qua vocatione quis vocatus fuerit in ea permaneat, siue seruus, siue liber. Hæc omnia parochi pro sua cura, & pietate ad profelytos sibi commissos extendent: ac falso Mahomede fortiter sese opponent, ne in suis circumcisis gloriari possit. Ipsi verò si ad exemplum Apostoli, ob oculos eorum subiectum, pro iniuncto munere circumcisionem carnalem damnaverint, collaudatam spiritualem, quasi de Mahomede victoriam reportantes, iure optimo gloriari poterunt, & confertam mercedem à Deo sperare. O utinam, quod efflagito à Deo impetrare valeam, ut istis profelytis donum suæ gratiæ*

*Mahomedus secutus est pseudoapostolos.*

*D. Epiphanius lib. de pond. & mensuris, hoc vitandum præcipit.*

*Ad Cor. 7.*

tiæ ad resipiscentiam infundat, & suis parochis de eorum salute parū aut nihil curantibus, apostolicum spiritum liberaliter donet: vt & illis salus contingat, & his copiosa apud Deū merces. Sed quāuis in hac re sollicitos eos velim, in alia quæ sese offert pertractanda sollicitiores multò fieri exopto, scilicet, in præcauenda puerorū, vel infantum carnali circūcisione. De qua à nobis monendi veniunt, vt infantes recens natos, vel iam per baptismum renatos, proprijs oculis contemplantur, si vel circūcisi nati, vel parentum manibus facti sint: multū namque interest inter hoc, & illud, cū primū vitio naturæ detur, at alterum probro & malitiæ perfidorum parentum. Natura sanè mutila, & manca, quæ ab vnaquaq; parte corporis sem en emittit, id dare solet quod habet, & interim si potens virtute sit, defectum supplere nititur, vt pote quæ perfectam prolem producere intendat. Si qui ergo in præpurijs notati in hanc lucem prodierint pellicula abscissa, vt naturæ, & non parentibus vitium tale adscribatur, in libro initia dorum baptisate infantū id literis exaretur, cum infans sacro fonte purificatus leuetur. Subindè tam horum, quàm aliorum puerorū curam parochi gerent, vt etiam ab vberibus pendētes visitent: ne parentes eorum ritum sanguinolentum in suis filijs peragere audeant. Hoc autem studium in parochis durabit per omne tempus infantix: ne in illo quid mali tentare audeant parentes à fide Christi alienati. Si autè ad pueritiam eorum extenderint pijsimam suā curam, collaudabo iam plurimū, dummodò cautela habita, & sine scandalo talis visitatio fiat. Multū enim & pietati Christianæ, & saluti subditorum debetur, à suis parochis in tempore præstandum. Quòd si perfidi parentes

*Parochi præcauere debēt puerorū circūcisionē crebra visitatio ne eorum.*

*Infantes interdum circūcisi nascuntur.*

### Quarta Catechesis,

de peruerſione ſuorum filiorū ſolliciti id norint, & puēros ſubtrahere ab eccleſia procurent, diſtincto ſuo gladio parochi in eos inuehant, & parentes cum filijs ad audiendam catecheſin intrare compellant: pœnæ nanq; formidine mali peccare oderunt, æquē vt boni viri virtutis amore ducti. Nec video quid lateat periculi ſub hac parochorum diligentia cautē prudenterque adhibenda: nam & parentibus, & filijs benē erit conſultum, & illi ab iſtis cæremonijs in tempore ſeſe abſtinebunt: & filij in Chriſto renati & pelliculæ abſciſſę dolorem, & inferni præcipitium vitabūt. Quòd ſi hæc pia ſollicitudo parūm præſtiterit, pœnæ in iure ſtabilitæ tam parentes quàm filios ad mentem redire cogēt. Extat de hac re antiquum decretū concilij quarti Toletani, ſub his verbis: *Iudæi qui ad fidem Chriſtianam promoti abominandas circunciſiones, & alios Iudaicos uſus exercuerint, pontificali auctoritate corrigantur, & ad cultum Chriſtiani dogmatis reuocentur. Eos autem quos circunciderunt, ſi filij eorum ſint, a parentum cōſortio ſeparentur, ſi ſerui, pro iniuria corporis ſui libertati tradantur.*

Decretū concilij 4. Toleta. can. 57. Fertur de cōſeſ. diſt. 4. c. plerique.

De Iudæis autem nondum ad fidem Chriſti conuerſis, in conſimile crimen impingentibus, patres in concilio Aurelianenſi ediderant opportunum decretum: in quo eadem pœna ſeruos ſuos, vel profelytos circuncidentibus taxatur ſub his verbis, *Hoc etiam decernimus obſeruandum, vt ſi quicumque Iudæus profelytum, qui aduena ad fidem dicitur, Iudæum facere præſumpſerit: aut Chriſtianum factum ad Iudaicam ſuperſtitionem adducere: vel ſi Iudæus Chriſtianam ancillam ſuam ſibi crediderit ſociandam: vel ſi de parentibus Chriſtianis natum Iudæum fecerit ſub promiſſione libertatis, mancipiorum amiſſione mulſetur. Et in concilio Toletano octauo, canone vltimo ſub his verbis definitum eſt,*

Conci. 4. Aurelian. c. 19.

Cōcil. Tolet. 8. can. vlt.

Vt circa Iudæos seruentur decreta in cōcilio Toletano quarto habita in canone dicto, & alijs sequentibus. Hæc in istos neochristianos, qui ex secta Mahometaua ad nos venerunt, retorquenda sunt: & quotquot deliquerint, & in luto suæ sectæ hæserint, pontificali auctoritate, prout decretum est, corrigendi erunt. Ex hac poenali forma duo legenti sese occurrent, animaduersione digna: vnum est, pontificis iudicio poenam relinqui inferendam, alterum etiã in crimine mixto præuentionem iudicij locum habere; præsertim si nudum crimen illatæ circuncisionis reperiat. Qualiter verò pueri à parētib⁹ perfidis separandi, & quibus viris, vel mulieribus sint tradendi, suo loco, & tempore dicendum erit: sed nunc de seruis circuncisis illud faciendum restat, quod in canone definitur, cum sit maior iniuria corporis læsi, & falso signo notati, quàm sit pretij amissio. Sed nunc oportebit rectores pro animabus vigiles ad istorum circūcisorum catechesin sese conuertere, & ab eis discere, in quibus scilicet rebus fidei à suis dominis sint peruersi, ac malè edocti: tum vt dñi poenas luant, tū etiam vt ipsi (concessa indulgentia, si concedenda sit) ad Christianū dogma reuocentur. Hac enim de causa à catholico rege nro Philippo cautū est, ne profelyti ex secta Mahomedi emptorios seruos redimant, nec ex Arabia, vel Guinea oriūdos *Inregali prag* apud se habeant, vel pretio, vel mercede cōparatos, vt præ *matica esua* uisum periculū, quod vergit in fidei catholicæ detrimen *anno. 1566.* tum, omninò vitetur, & alijs de nouo emergentibus. Nā *pro Moriscis* Christiana mancipia sui generis & conditionis facilè in *Granatēsb⁹* apostasiam labuntur, vel consilio, vel exemplo, vel pre- *prout decretū* ce: at Indica necdū in Christiana religione benè funda- *erat in actio-* ta, quasi rationis expertia, ad quāuis perniciosum dogma *ne Granatēsi* trahunt *an. 1526. c. 4*

### Quarta Catechesis,

trahuntur: quibus cum suæ herę prægnantes sint, quasi ardore concupiscentiæ correptæ, copulam carnalẽ expectunt, nec antea cõmisceri eisdem audent, ne quod paries celauit, partus reuelet. Nec gratis à nobis id dictum quisquã diiudicet: si Arabicarum mulierũ carnales mores norit, & ab illis mancipijs sanguine tinctis vera testimonia acceperit. Qui, vt sunt natura simplices, ita faciles vt à quouis, (nedum à muliere lasciuia, callido serpente peiore) decipiantur. Sed de his inferius sermonem longum exordiemur. Deueniamus ad pœnas in iure ciuili contentas in eos, qui vel filios, vel seruos suos circumcidunt: quæ grauiores multò sunt recensitis à nobis: nã capitalis pœna imponitur. l. rei capitalis. ff. de pœnis, & l. vnica, Ne Christianum mancipiũ. Quæ sanè leges correctiue præcedentium sunt, & pœnam super pœnã augent, vt mali timere legislatorem discant: non enim sine caussa gladium portat, vindex in eum, qui malè agit. De verbo autem illo capitalis pœna, pro qua supponat, vel naturali, vel ciuili, nihil certi apud iuris consultos reperietur. Vndè cũ theologis rem definire oportet, & culpam distinguere, vt iuxta mensuram delicti sit plagarum modulus. Si enim à fide apostatando ritum sanguinolentum in filios, vel seruos perfidi Domini exercuerint, digni erunt morte, tam ipsi qui faciunt, quàm qui consentiunt in eodem crimine facientibus. Si verò ob paternam tantum traditionem, quam sequi & imitari veluti cęcutientes didicerunt, his minor pœna sufficiet cum amissione mancipiorum: ac tandem omnes (si Deus id dederit) ad normam fidei catholicæ à suis parochis componentur, & iniuctam pœnam pro salubri pœnitentiæ acceptare non dedignabuntur. Sed proh dolor, quid si corripere nolint,

*Pœna iuris  
ciuilis pro his  
qui seruos cir-  
cuncidunt.*

*Deut. 25.*

nolint, nec à tanto ritu corporibus, & animabus mortifero, nostri neochristiani præpediri? Nec tunc temporis de salute eorum erit desperandum, sed supplices vigilantes pa-

rochi coram Deo aderunt, à quo humiliter exposcent, vt à se redemptis hominibus medelam inde ferat, vnde cõmunis ille hostis totius generis humani eosdem læserat: antiquam etiam cæcitatem à Mahomedi affectis pro sua misericordia auferat: cordium duritiem, quæ animis eorum extalluit, pænitus depellat: dæmonis diram seruitutem Mahometanas gentes malè vexantem in euangelij veram libertatè conuertat: inferni societatem, iam olim cum Arabibus in itã Mahomedi sui ope, & auxilio, in hoc tempore placidè interrumpat: ac tandem veram cordis compunctionem, & noua corda, seu renouata in Spiritu sancto viscera, profelytis istis infundat, quibus iam pridem Spiritus sancti largam vnctionè in baptismo, singulari diuinæ regenerationis sacramento, & suæ redèptionis copiosè participationem conferre voluit. Quod misericors ac pius concedat iuxta suorum parochorum, & nostra vota.

*Oratio parochorum pro suis profelytis, vt respiscetes ad Deum conuertantur.*

## COLLECTANEA

### Quartæ Catechesis.

- 1 **A**brabami multi filij allegoricè, et hi qui ex Agar, vel Cethura descendunt, non pauci baptismum recipient: et ex illis multi saluabuntur.
- 2 Abraham in mysterio dedit munera filijs Cethuræ: ex quibus Magi orientales descendentes, eadem Christo recens nato obtulere.

- 3 *Circuncision nunc temporis nemini potest esse utilis: ut potè que sit signum falsum, & nullius rei significatiuum.*
- 4 *Caetani error in hac materia à suis commentarijs abrasus fuit iussu Pij quinti Pontificis Maximi.*
- 5 *Circuncisionem non esse seruandam definitum est in concilio Apostolorum: & alia sunt decreta pro illo tempore necessaria.*
- 6 *Mahomedus quasi mutuo accepit à Indæis circuncisionem: quam viua voce approbans, quolibet totius vitæ die fieri posse mandauit.*
- 7 *Mahomedi errores notantur, pertinentes ad Abrahamum, Sarram, Agarem, Isaacum, & Ismaelem.*
- 8 *Circuncisio duplex ab Apostolo predicatur, carnalis abolita, & spiritualis in baptismo facta, tanquam in priori adumbrata.*
- 9 *Mysterium vtriusque circuncisionis à D. Hieronymo, & Augustino latius explicatur in quibusdam locis citatis.*
- 10 *Profelyti iam ad fidem conuersi de superinducenda præputio pelle non curent: sed spirituales circuncisionem obseruent.*
- 11 *Parochi, pro suorum salute vigilantes, omnibus modis carnalem circuncisionem in pueris præcauere debent, crebra visitatione eorum, ne parentes eorum*

- rum circumcidere illos audeant.
- 12 Infantes profelytorum ex secta Mahometana interdum circumcisi nascuntur: interdum à parentibus facti sunt: & ideò inspiciendi veniunt à suis parochis, toto tempore suæ infantia.
- 13 Pœne in utroque iure stabilitæ contra circumcidentes filios, vel seruos adducuntur, quarum præmatura executio fiet.
- 14 In executione pœne istius attendendus est animus circumcisoris: ut si ob paternam tantùm traditionem, & non ob certam à fide apostasiam id fecerit, minùs multò iudicetur.
- 15 Parochi suos subditos doceant post Christi Evangelium abolitam iam esse circumcisionem, & lethalem ac mortiferam cunctis ea utentibus comprobent.
- 16 Parochi pro suis subditis instantiùs orent, ut huius ritus, & aliorum pœnitentiis liberentur: & Christo per gratiam copulentur, ac tandem salui fiant.

CATE



# CATECHESIS

## QVINTA, DE FORNICATIONE fugienda.

*Et lectio inducitur ex verbis Apostoli ad Ephes. 5. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitude, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio.*



**S**OLENT Pisces hamatis piscibus, aues etiam auibus vncinatis, accipitres mollibus carnibus subindè capi: atque hoc postremum genus aucupij Mahomedus sic didicit, vt incultos, ac carnales homines facili negotio quasi laqueo carnis caperet, ac molli isto neruo detineret. Proh dolor, subijt mētem nostrā prior illa esca, quæ patres nostros inescavit, & in miserā ruīnam traxit, nosque cum illis diræ seruituti peccati obnoxios fecit. *Patres enim nostri comederunt vnam acerbam, ac dentes nostri obstupuerunt.* Sed qui hamum escæ supposuit tunc, iam nunc carnem grauē nimis olentem contagio peccati falsq̃ Mahomedo subministrat: vt suum negotiū faceffere valeat, tot myriades gentium in infernum traducens. An Mahomedo solū id contigit? neutiquā sed Lutherō, & sequacibus eius. Qui vt olim superbia suā tertiam partem stellarum post se in terram traxit, sic à terra in infernum suis modis, & artibus, totum penè orbem

*Hierem. 31.*

orbem detrudere conatur. Habet dæmon nescio quid præconcepti furoris contra mulierem, id est, Christi ecclesiam, nam iratus est (inquit Ioannes) *draco in mulierem, & abiit facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi, & stetit iuxta arenam maris: ut omne mare sorbeat.* Nam præfiti, & rabie concepta ecce *obsorbebit fluvium, & non minabitur, & habet fiduciam, quod Iordanis influat in os eius.* Qui ergo suis laqueis, hamatis cibus, occultis suggestionibus quasi latenter hominem aggredi solebat, iam nunc aperto Marte contra eum bellum infert, & quasi *leorugit querens quem deuoret, cui resistere oportet iuxta D. Petri edictum in fide firmi, stabilescque: scientes eandem passionem ei quæ in mundo est, vestre fraternitati fieri.* De quo victoriâ nobis promittit idem ecclesiæ princeps, sic subdens, *Deus autem omnis gratiæ, qui voluit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu modicum passos, ipse perficiet, confirmabit, solidabitque.* Hoc ego vnum persuadere nunc velim nostris profelytis ex secta Mahometana, si fortè (quod absit) vel à carnalibus delicijs, vel à dæmone deceptore humani generis, captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Nam cum habent ipsi testimoniû Dei in se cruce Christi benè signati, tantum hostem deuincere, carnem renitentem superare, suggestiones eorum vincere, ac tandem declaratam victoriam persequi præsumunt. Quod ut sperent, spiritus, & corporis puritate, ac mundicia freti, (quam dabit ille qui non comparatione hominum, sed in se ipso est purissimus, ac sanctissimus) ad duellum cum singulis hostibus descendunt: certa est victoria, si illa mundicia istis, & nobis non desit. Hæc est enim odor suauitatis, quem acceptat Deus, & ideo infert Apostolus, *fornicatio*

Quinta Catechesis, 6

*Locus thes. exponitur.* *Fornicatio unde fuerit dicta.* *catio aut, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos: sic, prorsus à vobis ista vitia eijciantur, vt nec nomina illorum in vobis inuenta sint. Nemo hominum dicat quemquã vestrũ esse talem vel solo verbo, sed ita coram Deo, & hominibus irreprehensibles estote, vt nullum locum malæ suspitioni de vobis concepitæ dare velit. Sed operæpreiũ erit nomina ista aptè distinguere: vt & malitia tantorũ vitiorum quasi ad perpendiculum ponatur, & à cunctis etiam vitetur. Fornicatio ergo quantũ ad mulieres accipitur, sunt enim fornicarij, quasi arenarij, qui theatrales arcus, & lupanaria, loca in quibus erant meretrices adire solebant, & tãquã spurcissimi homines cum illis cõmiscebantur. Immunditia autem vocatur omnis incontinentia ad libidinem pertinens, quoquo modo fiat: & illa est omniũ maxima, quæ cõtra naturæ vsũ cõmittitur siue in se, siue in aliũ: omnem denique immunditiam, tanquã à Deo purissimo hominem alienantem D. Paulus hic reijcit vnã cum auaritia. Quid autem habeat auaritia cõmune cum fornicatione facillè erit aperire, est enim animi fornicatio auaritia, sicut & corporis est altera prædicta. Nam sicut qui fornicatur re aliena vitur, sic qui peste auaritiæ premitur vsque ad aliena possidenda extenditur, & quod sub rapina habet, retinere sibi molitur. Quilibet autem nostrum ita sibi prouideat ab istis vitijs, vt nullius infamiam patiat, sicut decet sanctos à vitijs singulis, & à nota infamiz esse immunes. Nec tantũ vitia à sanctis viranda sunt, sed etiam illa quæ ad aliquã immunditiam viã sterunt, quorum sunt turpitudine, qua mens ad libidinem inflãmatur, vt in osculis & amplexibus patet: stultiloquiũ quod est stulta & vana verborum prolatio, nullam vtilitatem,*

tatem, nullamq; scientiã continens: scurrilitas etiã ad maiora vitia disponens, nunc ad risum auditores mouet, nunc scurrã ad alias facerías proferendas. Quæ sanè scurrilitas, licet labore & studio agatur, ad rem non pertinet, nec ad vllam vilitatem: sed tantũ ad vanitatem, & mentis enervationem. Nec ista igitur vitia sunt nominanda, nec ab aliquo peragenda: sed ita cum sanctis vira nostra composita sit, vt continua gratiarum actio apud Deum videatur, eidem verbis & actibus pro acceptis beneficijs gratias agentes. Et confirmat Apostolus subducta ratione, quæ dixerat, ad intelligentes sermonẽ dirigens. *Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hereditatem in regno Christi, & Dei.* Hoc vtique erit vobis manifestum, si fueritis intelligentes, quid sit fornicatio, vel immunditia, vel auaritia. Est enim fornicatio res sordida, & omni vituperatione digna, quã sordidior, & execrabilior est immunditia: itẽ auaritia est idolorum seruitus, auari enim Deus nũmus est. Nã sicut qui idolis seruit cultũ debitum creatori rei imaginatæ tribuit, sic auarus cũ Deum & pecuniam colere deberet, effigiatæ pecuniæ cultum tribuit, vndẽ meritõ auaritia idololatria iudicatur. Prætereã si intelligentes sitis, quod sit regnum illud Christi, quod à fornicarijs, immundis, auarisque non possidebitur, quanta scilicet felicitate sit plenum, vbi nullus locus desiderandi est nisi quod quisque habet, à talibus vitijs cessandum esse iudicabitis, vt in tanto regno pars vobis contingat. Deindẽ si aduertatis, quid sit Christus, quã sanctus, quã ab omni peccato immunis, & quis sit verus Deus, quã iustus iudex, & summa totiº boni, scietis clarè fornicatorẽ cum sua turpitudine iusto Dei iudicio excludi à

*Confirmatio  
prioris sen-  
tentia.*

*Idẽ habetur.  
1. ad Corin 6*

Quinta Catechesis,

Apoc. 11.

1. ad Cor. 6.

regno Christi, & Dei: *Nihil enim immundum, aut inquinatum potest introire in regnum Dei.* Qua de causa fugiendam fornicationem omnem, tanquam rem immundam, Paulus censet: ne fornicarius à regno Dei exclusus, immundorū spiritū pœnis in æternum cōmiscatur. Pulchrè autē fornicationi avaritia annectitur, quæ spiritualis fornicatio habetur, ut vtranq; vitandā fore in nostris animis insideat. At secta ista Mahometana his nominib<sup>9</sup> gaudet: est enim fornicatio, immūditia, avaritia, idolorū cultura, abominatio in tēplo Dei, ac purū mendacium à patre mendacij, & à filio mendace procedens. Atque his omnibus modis, vel peccatis Mahometani isti alienari à vero Deo eligunt: quod maxime dolendū est. Utinam nostri profelyti, ab illis carnalibus parentibus progeniti ad lapidem istū, Mahomedi sectam, nō alitiant; ne petra illa Christus super illos subito conterendos cadat. Quæ sanè pœna illis erit infligenda, sicut scriptum est. *Qui ceciderit super lapidem istum confringetur, super quem verò ceciderit, conteret eum:* qui verò crediderit quæ de lapide isto probato, angulari, pretioso, in fundamento ecclesiæ fundato, dicta sunt, non festinet, quia citò pro salute humani generis implebuntur. Solet namq; hæc petra æquè malos percutere, sicut & bonos ad supernum angulum, & cæleste edificium eleuare. *Venit autem post hæc inimicus ille homo, & immundus, & super seminauit zizania in medio tritici Evangelici, & abiit seducere gentes multas, & in suis erroribus inuolutas in dirā diaboli seruitutem trahere.* De quibus erroribus illud fatēri ingenuè possum, nostri ingenij tenuitate ad certū numerum non valuisse reducere, cum de illis neque inter Arabes, huius sectæ auidos professores, aliquid certò con-

Math. 21.

Esai. 28.

con-

*De fornicatione fugienda.*

57

constet. Quos recensui, fideliter referam. In primis vxorum pluralitatem, & earundem repudium, & post illud noua connubia sub certis conditionibus firmanda: suis Mahomedus concessit: cum inter illos matrimonium rationem tantum contractus facile solubilis habeat, sola alterius coniugis voluntate rescindendus. Deinde ad sollempnes nuptias quater celebrandas licentiam concessit, si haberet vir vnde quatuor vxores alere possit, & equè illis vteretur, nemini illarum in coitu faciens iniuriam. Subindè coitum cum ancillis emptitijs suis permisit, cum à duabus suis vxoribus in stupro seruata suæ Iudææ, dono sibi data, deprehensus fuit, quod ipsæ indignè ferentes ob illatam iniuriam, longam apud suos querelam texerunt, & scandalum excitarunt. Vt verò tam vxores, quam reliquos malè de suo vate sentientes, sedaret, confictum hocce vaticinium, sibi à Deo datum sub his verbis promulgauit. Vobis omnibus vestro Mahomede deuotis (Deus omnipotès, & misericors inquit) vt vestris vxoribus & ancillis emptitijs, pro at vobis placuerit, vtamini: & in illis vt volueritis semè ponatis, quia vestræ sunt, & à vobis quasi terra vestro aratro scindèdæ, & in illis semen spargèduin. Ex qua licentia, & verborum serie illius sectæ interpretes mille errores elucuerunt. Nā ex illa die semè ponunt in suis vxoribus & iuxta naturæ usum, & etiā cōtra illū: pueris etiā abutuntur, nec ob id culpā aliquam, apud suos incurrunt: sed tantū leuem quādā infamiz notā, quod relicti vxoribus turpiter pueris incubāt pro sua libidine satianda. Quod scelus natura ipsa multū abhorret: sicut & coitum cū bestijs, quæ Arabes subducta morte, & mēbrorū dilaceratione in alienibus punire solent, in alijs non itē: præsertim in viris lōgā

*Errores carnales sectæ Mahomedicæ connumerantur.*

*Hoc mandatum habetur in Alchoran. azo. 3. ex quo Alphachini suos errores eliciunt.*

*hic error Mahomedi puni- tur. l. ulia. de adulterijs, & instit. de publ. iudi. §. item lex lu- poeni- lia.*

Quinta Catechesis,

*Error Malho-  
medi circum  
prias.*

pœnitentiam in ieiunio, ex oratione peractâ habētibus, in alijs quoq; sollemnes nuptias omnino renſiciantibus. Deinde omnem fornicationem licitâ cēsent, si pretium prius fornicariæ offeratur. Lupanaria publica habent, in quibus mercede mulieres ibidē expositæ locantur, ac domū fornicarij coopertæ ducuntur, ne loca pública turpitudine secedantur, nec sua pace, & quiete destituantur.

*Error Malho-  
medi.*

Adulteria apud illos grauitè propter scandalum datam puniuntur, nā si pretio fiant, & silentio tegente, crimina non habentur: quod si vir adulteriū cōmittat, vxor illicō impunè cum alio viro miscetur, nec repetendæ iniuriæ ullus locus datur, quoniam par est admissa iniuria. Post hæc admissa à Malhomedo repudij lege cū solutione dotis vxori debitæ, voluptati suæ, & carnis concupiscentiæ omnes ferè Mauri satisficiunt, repudiatam in vxorem solo pretio, vel precibus comparantes, si forsam amore illius exarserunt. Si autem proprius vir repudiatā semel, & iterū, sibi copulare velit, amborum voluntario consensu interpositū diuortium tollitur, & veluti noua conubia celebrantur: quod fit sæpius inter illos, præsertim si suscepta fœminea proles ad vxorē fuerit deuoluta, & aliā ex matrimonio nō suscepit. Quæ verò bis fuerat repudiata ad priorem virum redire non potest, ni si ab alio fuerit carnaliter cognita, & repudij lege pōerit tunc antiquo viro reconciliari. Hęc, & his similia damna ex Arabicis matrimonijs, & nuptialibus cōtractibus enascentur, qui nec nodo indissolubili, nec mystico sacramēto, nec denique Christi gratia sacramentali constant. Ex ijt iam ab illis prouerbium, Christianorum matrimonia, vt quæ sola alterius coniugis morte dissoluantur, prorsus esse intolerabilia: durum est enim (aiunt ipsi) matrimoniale

*Studiū Ara-  
bicarū mulie-  
rū damnatur  
et carnale.*

moniale iugum, quod ab humeris excuti non potest. Cæci namque, & miseri Arabes tanta carnis lasciuia, & sanguine, mysterium sub tanto sacramento latens nõ ua-  
 lent aspiciere, quod tuba Christi Paulus quondam cecine-  
 rat, *Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo,* Ad Ephesi. 5. & 2. ad Cor.  
*Et in ecclesia: propter hoc relinquet homo patrem, & matrem,* 6. & Math.  
*Et adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna.* Deinde  
 susceptæ ex talis contractu matrimonij proli, quæ illis dul-  
 cissima, & charissima esse solet, malè Arabes consu-  
 lunt: nam accepto libello repudij, & à lacte proles auul-  
 sa in paternam ditionem venit, & quasi ex vago concu-  
 bitu suscepta, nusquæ in amplexus maternos ruit, & al-  
 terius coniugis cura omnino destituitur. Quare amor  
 filiorum in parentes, & parentum erga filios, omnino  
 inter Arabes tepescit contra naturæ ordinem, & condi-  
 tionem: natura enim sibi similem quærit (teste Philoso-  
 pho) appetit etiam, & cæco quodam instinctu eundem si-  
 bi associat. Atque hinc Arabicis mulieribus illud venit,  
 ut in curandis, fouendis, vngendisque corporibus om-  
 nem vitam suam malè insumant, & in media senectu-  
 te, nec arata fronte, nec immutata facie, quasi puellæ  
 nubiles in medium procedant, ne à suis lasciuis viris re-  
 pudium valde sibi noxiam patiantur. Dum vero talis timor  
 in istis mulieribus Veneri deditis paulatim in accre-  
 scit, amor mutuus erga suos maritos decrescit: ac tandè,  
 quo iure quaq; iniuria illatam ab eis repulsam subire coguntur.  
 Sed providæ ut formicæ in futurum repudij tenax sibi  
 provident, & in suis nuptialibus contractibus quasi pretio  
 pecuniali sese diuendunt, & promissæ dotis cautionem faciunt,  
 ut inde vel in senectute, vel in tempore repudij nõ parùm  
 illis dånosi alatur. Pretia autem ista variari



Quinta Catechesis,

solent iuxta qualitatem, conditionem, ætatem, & reli-  
quas corporis, vel animi dotes: vnde sæpius accidit, vt re-  
pudiatur interim maiori pretio priori quàm alteri con-  
stent, & e contrâ. Omnes denique tam viros, quàm vxo-  
res plenos videas libidinibus, repletos carnalibus desi-  
derijs, quæ militant aduersus animam, sed nec dum sa-  
tios meretricijs suis amplexibus: nec ipsas viris pro-  
prijs, & alienis lassatas. De quibus verè Iuuenalis dice-  
ret, quod olim de Messalina impudica, & lassata viris,  
non dum satiata recessit. O carnales homines? O mulie-  
res huius sæculi? cur turpiter sequimini irrationalia, ac  
bruta pecora quæ libidinibus prona, & ventri tantum  
obediunt, natura finxit? Sed iam quia plus longius so-  
lito digressi sumus, ad pios, vigilesque parochos auidi  
recurramus, hortemurque illos, vt vel populos, vel par-  
ticularès gentes; Hispaniæ ortos, sed Arabiz oriundos,  
tam nunc luxuria diffluentes sua auctoritate, doctrina,  
vitæ integritate, castimonia incredibili ad frugalem cul-  
tum reuocent: vt & viri suis proprijs vxotibus sint con-  
tenti, & mulieres etiam viris. Quæ iam virorum exem-  
plo, vitæque seueritate adductæ, carnales passiones, &  
ornamenta lasciuiora mentis posteriori mandent, &  
castimoniam matrimoniali animas suas, & corpora, vnà  
consecrent. *Opera enim carnis* (habet idè Apostolus) *ma-  
nifesta sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, ido-  
lorum seruitus, veneficia, & alia his similia:* Sed iam his op-  
ponamus fructus aliquot Spiritus sancti inuenimusque  
charitatem, modestiam, fidem, continentiam, castita-  
tem, ad carnis opera destruenda. Pietas namque paro-  
chorum cum magna vigilantia coniuncta, tantum fidu-  
ciæ mihi peperit, vt eos hortarer, quorū interest præter  
ceteros

D. Petrus  
vult omnes ab  
his desiderijs  
se se abstinere

1. can. c. 2.

Iuuenalis sat.

6. & Plin. de  
naturali hist.

lib. 10. c. 43.

de generatio-  
ne terrestriu.

Exhortatio  
ad parochos,  
vt hos seruos  
diligent a  
profelytis.

Galat. 5. c.

Eodem cap.  
& loco.

cæteros, in hanc curam incumbant, quam ab illis Christus, ecclesia, respublica christiana, & propria salus exigunt. Subindè profelytorum docilitas, benivolentia, auiditas ad audiendum verbum Dei in allata fiducia ita me confirmarunt, vt eorum resipiscètiã prope diem expectem. A quibus hoc impetrabo, vt salui esse velint, carnalibus desiderijs, & immunditijs abnegatæ sectæ, omnino neglectis. Date vos modo (Sacerdotes Christi) huic soliviciisitudini: Christũ in primis obtestamini: industriã adiungite: carnalia opera à vestris aduenis diuèllite: profectò id sentietis, quod res est, & aduersarios vestros, Mahomedum colentes iam desperare, & vos tam solidè fundatos in ecclesiæ doctrina, reductis ad bonam mentem profelytis, in hanc arenam in tempore descendisse. Sed vt ipsi chirurgorum operam præstent, nos pro infirmatium in fide detegendis vulneribus tentamentum subministrabimus: & quæ ex puluere Mahometano sordidissima carnis vitia in pedibus adhæserint istorum profelytorum, ab illis propulsanda, aperiemus. Eo enim procepsit istarum mulierum libido, vt infidelibus Sarracenis potius misceri gaudeant, quam suæ religionis viris, pretium turpitudinis offerentibus. Quod faciunt in perniciem suarũ animarum, & corporum: & nisi à patribus fidei censoribus arceantur, sola parochorum monitione ab his turpibus actibus non se continebunt. In quas sæuere debent prædicti iudices, tanquam in apostatas fidei: & in processu causæ discent, an in crimen apostasiæ, vel hæresis lapsæ fuerint. Sed præter iuris canonici decreta contratales apostatas, vel stuprũ committentes cum viro alterius legis, in regali ordinatione libro octauo, habetur lex sub titulo, 15. de los Adulterios y stupros ordine. 5.

*Quia Mahomedus. Azor. 3. iussit vt sue sectæ viris copularentur, non tamen alterius legis.*  
*Arnaldus Albus. q. 2. per. 4. §.*

## Quinta Catechesis,

*Lez cōtra los  
incestuosos.*

*Que dize assi, Graue crimen es el del incesto, y este es de la mu-  
ger que comete maldad con hombre de otra ley: y este crimen es  
en alguna manera heregia, y qualquier que lo cometiere, allēde  
de las otras penas en derecho establecidas, pierda la mitad de sus  
bienes para nuestra camara. Quam legem, sanctam ac iustā,  
& perpendi, & obseruari velim maxima cum attētionē,*

*C. cum secun-  
dum leges de  
haeret. li. 6. in  
§. cōfiscatio-  
nis.*

*vt si fortē in turpi isto actu à fide catholica deuiam mu-  
lierem incestuosam iudex competens, inueniat, maiori  
pœna iuxta capitulū cū secundum leges nouissimum de  
haeticis libro sexto, coerceat, mulctetq;: quod in exem-  
plum aliorū, & salubrē eiusdem pœnitentiam cedit. Di-  
scant enim virgā censoriam hic timere, ne licere sibi per  
omnia vitia impunē vagari censeant. Sed his malis cēso-  
ria virgula correctis, alia per ordinem, nec minora tamē,  
correctiōe digna subsecuntur: nā fornicari oblato pre-  
tio, vel illata vi actū peccaminosum mulieres istæ, malē  
à suis patribus edoctæ, non autumāt. Vnde à fornicarijs  
correctæ turpitudinem non recusant; sed pro pretio sic  
Arabice proclamant, *Batil, Batil*, quasi dicant, da pretium  
pro actu, vt à peccato apud nostrū Mahomedū inuenia-  
mur immunes. Præterea, quia vel impotentes (enio, vel  
frigidos, vel maleficiatos, vel immundos suos maritos fa-  
stidiunt, & foetore, & stercore redolentes ab eis repudiā-  
tur, adulteris viris Christianæ professionis secretius cō-  
misceri eligūt, vili tātum asse loco pretij cōtentæ, & la-  
cessentes viros, nō lacepsitæ ab eis veneri suæ liberē in-  
dulgent. Ex quo vago cōcubitu qui enascūtur, paternæ  
curæ tradendi veniunt, ne matricem velut vinum sapiāt,  
& in fide & moribus ab vtrifq; patribus imbuendi erūt.  
Illud autem vnum à parochis præcauendum restat, vt  
puellis istarum, ne iuxta maternam formā, meretricari,*

*& va-*

*Batil pretiū  
à fornicarijs  
dicitur Ara-  
bicè.*

*De hoc erro-  
re Castro lib.  
4. con. haeret.  
verb. coitus.  
Proverbium  
de vino di-  
ctum.*

& vagari incipient, atq; omnia (vt audio) libidinibus repleant, honestis viris in matrimonium tradantur, nō ad ruenis, sed in fide antiquis: quod parochorum curæ, & charitati prouidendum relinquitur. Quod opus charitatis, & maximi apud Deum valoris iura testantur sub his verbis, *inter opera charitatis non minimum est errantem ab erroris sui semitare. vocare.* Quod si vagos, potius quam castos concubitus puellæ istæ male edoctæ, sequi malint, parentibus suis (vt accidit sæpius) annuentibus, & filiæ cum parentibus suæ turpitudinis pœnas luant, & ab eis separentur, honestis mulieribus ad temporalem seruitutem à prouido iudice, vel vrbis præfecto, tradendæ: quod breuius fiet, vt dominarum bonis moribus assuescant, & parentum perfidorum consortia deinceps abhorreant. Loquor autem de aliquibus puellis à regno Illiberiensi nuper in vtramque Castellam lege exilij translatis, quæ apud omnes de hac re malè audiunt, & tanquam in fide suspectæ, opportuna correctione ad meliorem vitam sunt componendæ: quæ sanè potius praua concupiscentia, & corrupta natura, quam vi, aut inopia coactæ, conditionem istam acceperunt, dein de quæstum occipiunt. Has quidem velim post repressam in tempore libidinem, & peractam carecheliā, ab honestis mulieribus faciendam, bonis viris in matrimonium tradi, suorum parochorum diligentia, à quibus id efficiendū spero, prædicta mercede allectis: quatenus & suscepti officij coram Deo, & hominibus bonam rationem præbeāt, & charitate, & amore Christi miseris cōpari, & mereri discāt. Ad iudices aut̄ sæculares monēdos, ac præmendos me cōuerto, vt eādem cum parochis curā, & incredibilem diligentiam in prædictis malis, &

*C. inter opera  
de sp̄s. salibus  
Filiarum &  
parcium me-  
reticij mo-  
res, & deli-  
cta punienda*

*Morisca puell  
la in Hispani-  
ribus ne per-  
mittat̄ pro  
stici, ita  
Dentro. 23.  
de israelitis.*

præca:

Quinta Catechesis,

præcauendis, & corrigendis subeāt: & illud vnū suæ eurg  
demādare tāū libuit, ne puellas istas in lupanaribus pro  
stitui, vel vltio cōmorari iinant, ne fidei periculum cum  
suarū animarū damno, ratione conscripti ritus inuoluat:  
nā peccatū fornicationis, vel adulterij, solo pretio absis vi  
lis absq; vlla pœnitidine redempti, nunquā vitādū noue  
rūt. Hæc à nobis plibata sūnt pro vitijs carnalibus, vbiq;  
locorū serpentibus, in tēpore præpediendis: nūc calamū,  
& manus mouere libet ad ritus sectæ Mahometanæ sac  
cramēto matrimonij ab istis inuolutos, vltra Garamātas,  
& Indos protinus relegandos. Nam in despōsatione sol  
lemni, ab istis publicè celebrata mille superstitiones ab  
iuratē sectæ inuenias, si illi attentus aderis: in quibus à to  
ta Hispania profligādis, nec minor cura à parochis, iudi  
cibus, cōciuiusq; adhibenda erit, quā in alijs, sectā Ma  
hometanā redolentibus. Sæpius enim vtriusq; Castellæ  
ciues ad Moriscales nuptias euocabūtur, & interim patri  
norū officium (prout fieri expediet) piē, religiosēq; præ  
stabit, pro quo velim eos attentos maximè reddi, & ad ri  
tuales istas nuptias nō cōniuere, vt antequā pro munere  
præstādo ecclesiā adeāt, ritū illorū vitādorū pleniorē  
habeāt notitiā. Igitur in primis illud cauēdū erit, ne nu  
bēda virgo manib<sup>9</sup> duorū iuuenū, scapulas ipsius ample  
ctēribus, nō autē suis pedibus, deferatur: ne uē clausis om  
ninò oculis incedat: quod apud Arabes cōtrahētes in vsu  
est. Sed iubeatur spōsa pprijs pedibus solū terere, & ocu  
los aperire, tū pro officio nuptiali attēdendo, tū etiā pro  
sacramento in sua eleuatione, debita reuerētia, & pietate  
adorādo. Quas etiā pias monitiones sacerdos ad calcem  
ecclesiastici officij, ex munere suo absoluit, has patrinī  
memoria retineāt, ac domi spōso, & spōsæ per ordinem

in vitę suę cursu adimplendas referant, repetamque mil-  
 lies, donec illorum memorię firmiter adhæserint. At di-  
 ctu mirabile est, quot ritus, motu ab illa secta acceptos,  
 aduenę isti per ordinem, vel mille testibus astantibus  
 celebrare eurent: quos vt ab omnibus impediantur, lon-  
 gius recensemus. Intacta à suo sponso virgo iam nu-  
 pra domum repetit clausis oculis, pedibus necdum mo-  
 tis, sed tantum adiuta connexis duorum adolescentum,  
 vel propinquorum manibus. Nam cū patrio more nunc  
 virgo ducenda sit ad contrahendas nuptias præ pudore  
 astantium, nec oculos ad cælum leuare, nec suis pedibus  
 terram quaterere permittitur. Domum sponsi ducta, vbi  
 intrat dextro pede, vt omnia dextrè succedant, limen pe-  
 netrat, nam si sinistro intraret, omnia ex illa die in peius  
 ruerent, ac nuptiæ dilaberentur. Fingunt nanque Ara-  
 bes certam stellarum constellationem tunc temporis si-  
 nistro pedi affuisse, ob quam sinistrum euentum in pera-  
 ctis nuptijs præfagire incipiunt ab illa die: & quia fatum  
 ineuitabile iudicant, suis prodigijs, & augurijs ducti, de  
 contractis nuptijs omina sinistra querunt, & certo præ-  
 fagio euentura affirmant. Sed postquā musicis excipitur,  
 & ad paratum thalamum in corde domus ibidem sessu-  
 ra paululum, ipsa accedit, cunctis matronis eam comitan-  
 tibus, sedit, quiescit tantillum, & futurę domus, iuxta  
 Arabicum ritum, possessionem accipit: & postea ad stra-  
 tum palatium, pretiosis pannis, & subsellijs, magno præ-  
 eunte comitatu mulierum, honorificè ducitur: tibijs,  
 phialis, & symphonijs personantibus: viris autem cum  
 sponso interim ad aliud cænaculum diuertentibus. Vbi  
 verò in toro sedet, alba sindone, ac proprijs manib? coo-  
 peritur, & astantibus mulieribus & accedendi ad sp̄sam  
 & ei-

*Mulier tene-  
 tur faciē, &  
 genitalia te-  
 gere, iuxta ri-  
 tū isti? sectę  
 reliqua mē-  
 bra corporis  
 non ut in Al-  
 chorano azo-  
 ra.*

*Cor domus di-  
 citur mediū  
 domus, iuxta  
 illorum Ara-  
 bis m̄: ita in  
 psal. 45. trās-  
 ferentur mō-  
 tes in cor ma-  
 ris.*

### Quinta Catechesis ,

*Magita idest  
magistræ pro  
ornandis spõ  
fis.*

& eidem pretiosa quæque munera offerendi, copia fit, quæ sponsæ & loquendi, & oculis aperiendi præ reuerentia denegatur. Ne verò ipsa ab illarum cæremoniarum obseruantia vel tantillum aberret, duas magistras ad utrumque latus habet (quas Arabes Magitas, quasi magistras nuncupant) quæ illorum rituum plenam notitiam adeptæ sunt. Post peractam illam oblationem omnium rerum ad mundum muliebrei spectantium, protinus viri asciscuntur, ut pecuniâ offerant: quæ in usum, & præmium laboris Magitis ab ipsa sponsa dono datur: qua de causa oblatio illa paruo pretio constat. At si offerentes petant, præsertim cognati, & affines, ut videre & contemplari illius faciem sibi liceat, tum illis tantum pia petitio conceditur, & sublato ante faciem sindone, oculis tantumdem clausis, statum illi gratulantur, bona quæque tam, sibi quam viro, more patrio precantes. Facta igitur, hac salutatione, & oblatione, iterum à Magitis pretiosis valde vestibus, & mutatorijs ornatur, ut in tempore ad epulas cum mulieribus assurgat ore adhuc consuto. Cænx duæ, meridiana, & nocturna, splendide parantur, & Arabicis palatis condiuntur, prout de more coci habent. Nam mille obsonia melle, & visis passis conspersa condiuntur: carnes verò oleo tantum, non suilla adipe perfusa, admoto parum igne decocuntur. Qui verò absque melle & oleo cibi apponuntur, quasi insulsi non degustantur: Et totidè ferè ollæ ad ignem applicantur, quot sunt comedentes, ut cibus melius conditus & appetitum excitet, & satiet. Carnibus iam appositis, suo ordine cupedia decocta caseo multo, vel prunis, vel malis puniceis intus appositis ad frugalem mensam deferuntur, cum lixulis, & esculentis. In media mensa faui, ligaturæ vuz  
passæ

passæ, cū siccis sicub<sup>o</sup>, ne comedētes apposita obsonia fastidiant, vel ad nauusæ prouocent, sepius à seruatorib<sup>o</sup> deferuntur, qui vniuscuiusq; palato curāt satisfacere. Et nisi allati cibi more patrio cōditi, tantis superstitionibus constarēt, & regiæ mensæ apponi, & istis cōuiuis nunquā interdici debuissent. Cū verò Mahometanū ritum omninò redoleant, nec tolerare, nec in vsu cotidiano nuptiali haberi parochi nunc sinant. Quò verò tot myriades rituum Arabicorū facilè vitari faciant, vel conuiuē aderunt, (si per suos præsules liceat) vel ad coquinā accedent, cibos illos ad mensam apponendos visitandi gratia. Qui si tot ritib<sup>o</sup> consent, nec illis vesci, nec ali sinant, sed in pœnā suā superstitionē in luctū, merorē, & amaritudinē cōuertant. Neq; enim aliam ob causam suillas carnes, cum suillo adipe, odisse cœperunt, nisi vt suo Mahomedeo perperam tales carnes interdicens, morē gererent. Quæ verò animalia condienda, & ad mēsam ponenda iugulātur, certis superstitionibus, & verbis prolatis versus solē mandantur, aliter verò occisa in sterquiliniū projiciuntur, ne ab aliquo degustentur. Vinū non bibunt, ob similitudinem prohibitionē: ideò talibus obsonijs, quæ aquæ respōdent, & digestu sunt facilia, vtuntur. Sed ablata de medio mēsa, ad sponsam, quæ viro iā aduenientis noctis tēpore, tradēda restat, redeamus. Nā adhuc etiā consuto ore ad torum maritale descendit, cui nec amissam virginitatē deplorare, nec vllū gemitū edere, sed assaltanti marito applaudere, iuxta suos mores, conceditur. Luce alterius diei appropinquante maritus assurgit vxore insalutata, vrnā, & sportulam sumens, pro aqua & cibis asportādis, sua enim interest. Rediens clausam portam saxo percutit, donec vxor respondeat, & maritali affectu illum primò allo-

*Vinum Arabes nō bibūt  
Mahomedeo  
inhubente  
Quod prohibi-  
tū fuerit Le-  
uit. 10.*

qua-



### Quinta Catechesis,

quatur, cibos cum aqua suo loco disponens, domus curam gerere incipiat. Accurrunt illic Magistræ, & eidem cum viro congressum gratulantur, & ut prolem ex eo suscipiat, deum (ut putò) Mahomedi precantur, & capillos pro suo cinere post terga pendentes scindunt ad collimensuram: neque eos amplius pendere sinunt, ne ullis viri congressibus, impedimento sint. Hi sunt ritus sectæ Mahomedi, adhuc à suis secretis amicis in praxi habiti, prout nunc Algerienses ciues, & Feceni eisdem fermè vtuntur, quæ etiam à nobis pijs sacerdotes & viri eleemosynarij pro captiuis redimendis Algerium vsq; nauigantes, fideliter quidem retulerunt. Multùm itaque conformes sunt Hispani profelyti, ob ignorantiam nostram, in suis ritibus Aphricanis incolis, vndè omnes antiquandi veniunt lege Philippica pro Granatensibus edita, anno sexagesimo sexto, supra millesimum, ac quingentesimum. Quare hortabor in Domino pios rectores animarum, quorum interest suis aduenis in fide benè in omnibus prouidere, ut paginam istam à primo vsque ad summum apicem perlegant, & eandem integram obseruent: quo & Deo gratum obsequium, & suo regi Philippo certam obedientiam, & sibi, ac suis subditis salutem, & opportunum antidotum præstabunt, Christi spiritu gratis adiuti: quem dat ipse omnibus affluenter, & non improperat.

*Pragmatica  
à nostro Philippo edita.  
anno. 1566.*

## COLLECTANEA

### Quintæ Catechesis.

**L**icentia ad opera carnis à Mahomedo concessa,  
tot gentes ad cultum sue sectæ tulit: quæ hereticis

tici nostri temporis concedunt.

- 2 Fornicatio duplex ab Apostolo fugienda describitur: quædam corporis, altera animæ, quæ auaritia nuncupatur.
- 3 Fornicatio omninò fugienda est, tanquàm res immunda, & quæ non habet hereditatem in regno Christi, & Dei.
- 4 Errores carnales à Mahomedo inducti penè sunt innumerabiles, quos suæ sectæ cultores libenter amplectuntur?
- 5 Mahomedus libellum repudij, æquè ut vxorū pluralitatem, suis Arabibus pro satianda libidine intulit: quæ illos in secta tam immunda veluti captiuos detinent.
- 6 Mahomedus suos Arabes licentiauit, ut vxoribus, & ancillis prout vellent, carnaliter vrerentur: sed carnales Mauri hanc licentiam extendunt ad actus contra naturam: & contra mentem sui legislatoris id faciunt.
- 7 Peccatum cōtra naturam cum vxoribus, & pueris admissum inter Arabes non punitur, nisi leui quadam infamia: at coitus cum bestijs morte dignus habetur, nisi in certis personis.
- 8 Adulterium propter illatum scandalum, & proprij mariti iniuriam, puniri solet: non tamen ut peccatū, si vi, aut pretio fiat.
- 9 Ex concessione repudij multa mala inter Arabes

H

pullu-

- pullularūt, quæ ipsa natura abhorret, ac detestatur:  
per ordinē in gratiâ parochorū ab auctore recēsent.
- 10 *A Mauris exijt prouerbiū, Christianorum ma-  
trimonium non esse tolerabile, eò quòd ad mortē du-  
ret: hoc dicunt, quia virtutem tanti sacramenti, &  
tria bona illius nesciunt.*
- 11 *Arabiarum mulierum studium in fouendis, curan-  
disq; corporibus, vt carnale meritò damnatur: bene-  
ri etenim ac ventri indulgent.*
- 12 *Peccatum incæstus, vt est graue ita condigna pœna  
puniendum venit, tam in persona, quàm in bonis  
incæstusosi.*
- 13 *Peccatū incæstus secū aliquādo hæresim associat: &  
tunc incæstuosus pœnis hæreticorum subijcitur.*
- 14 *Fornicatio, vel adulterium à cultoribus sectæ istius  
non censetur peccatum, si per vim aliquam, vel pre-  
tium committatur. Quæ de causa mulieres in Lupanaribus pro constituuntur: vt hac turpitudine dictū  
querant inter suos: carnales Arabes.*
- 15 *Puella istæ ad fidem conuersæ nec vagari, nec me-  
reticari permittantur; ne de facili in prædictos erro-  
res lapsæ à suscepta fide deficiant: sed viris honestis  
in matrimonium tradantur.*
- 16 *Ritus omnes à Mauris mutuati & à profelytis istis  
in suis nuptijs sollempnibus seruari latius describun-  
tur: qui, vt mille superstitionibus pleni, à pijs paro-  
chis vitandi, & puniendi veniunt.*

# CATECHESIS

## SEXTA, DE ALIIS MAHOMETANAÆ SECTÆ RITIBUS PROFLIGANDIS.

*Et lectio legitur, ex cap. 6. epistolæ ad Romanos, ubi ait Apostolus, Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immundiciæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.*



**I**MORE Corruptus lectorem pium remorandi præfaram catechesin diuidere excogitaueram, ad cuius posteriorem partem, diuino confidens auxilio, in proselytorum, suorumq; parochorum gratiam, iam accingor: *Dabit Deus, qui solus nouit dare omnibus affluenter, & abundantius quàm petunt, & non improperare, ea omnia quæ nostro proposito subseruiant, & infirmantibus in fide valde sint utilia. Præhabita mala, seu carnales errores ex hoc vno principio pullularunt in his gentibus, quòd verum cultum Deo impendendum creatura: pro suo libito tribuere, vt ex dictis ab Apost. ad Romanos liquidò constat. Tradidit illos Deus in desideria cordis eorū, in immunditiam: vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis, quia commutauerunt veritatem in mendacium, & coluerunt, & seruiuerunt creature potius quàm creatori, qui est benedictus in secula. Quapropter tradidit illos Deus in passionem signominie, nam*

*Iacobi canonica. c. 1.*

*Ad Rom. 7.*

## Sexta Catechesis,

*fœmine eorum immutauerunt naturalis usum in eum usum, qui est contra naturam: & masculi etiam suam turpitudinem in masculis operantes. Quæ verba dum Barbatus magister differit, hoc intulit axioma. Infandorum idolorum cultura omnis mali causa est, initium, & finis. Quod ad nostros profelytos quasi prædictum, repetere licuit: vt verum cultum vero Deo exhibētes, à suis carnalibus erroribus conuertantur, & cum Christo omnem munditiam, ac sanctitatē in carne, & spiritu, ipsi sapiant. Neq; verò eos à suis erroribus exemptos, tantum spiritui & non carni seruire Apostolus iubet, tãquàm omninò spirituales factos: sed benignius, & humanius eos alloquitur, dicens, *Humanum vobis dico, propter infirmitatem vestræ carnis, Nō quod graue aut ferè impossibile à vobis petēs, sed quod benè præstare secundum virium vestrarum facultatem compotēs estis. Verè est humanum, & leue quod dico, non asperum, nam sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, quæ carnem maculat, & in corpoream vestram substantiam peccastis, & iniquitati ad iniquitatem seruire elegistis, peccata super peccata addentes, & alios ad immunditiam vestrã trahentes, ita nunc post vestram conuersionem, cum sitis liberati à tanti peccati seruitute, præparare corda vestra cum membris corporis seruire iustitiæ, dycētī vos in omnem sanctificationē, & iustificationem: vt sicut tunc nullus timor coegit, sed sola voluptas ad carnis opera traxit, ita nunc delectatio totius iustitiæ, communis scilicet virtutis, licet nondum in vobis perfectæ, ad Christum in omnibus ducatū præstet. Si nequaquam amplius potestis, satim estote tales in bonis operibus, quales in carnalibus fuistis: nec debiliores vos Christiana libertas contineat, quos in carne validos**

D. Hieron.  
ita exponit  
Apostolum.

1. ad Cor. 6.  
& ad Rom.  
8.

validos tenuit vsus carnalis, terrenæq; voluptatis. Nāra multò amplius iustitiæ, & munditiæ spiritus seruiendum iudico, quā corporali turpitudini. Hoc vnum humanè à vobis requiro, vt vnumquodque membrū vestrū, quod exhibuit ministerium vitij, illud virtutum actibus impertiat, etiam voluntate suo imperio despotico carnis membra cogente: si plus non potestis, vel tantum nunc agite, quantum egistis tunc, ne fidem cum doctrina nostra duram, & importabilem dicatis, neuè seruituti plus detis, quam libertati euangelicæ: vt quemadmodum ad peccatum nullus vos cøgebat timor, sed ipsa tantum peccati libido, sic ad sobriè, iusteq; viuendum non vos supplicij metus vrgeat, sed delectatio charitatis, & amor solius iustitiæ ducat. Atq; hæc non est perfecta iustitia, neque enim æquè debitum iustitiæ, & iniquitati impenditur, neq; amor vnius, & delectatio alterius æquiparantur: sed ad iustum perpendiculum plus iustitiæ, quā immunditiæ debitum agnoscitur. At ego pro nunc humanum aliquid à vobis efflagito: vt iusta trutina antiqua illa carnis opera, & noua iustitiæ impensa libretis, vt equè seruiat nunc caro spiritui, sicut olim spiritus depressus carnalibus affectibus indulgere solebat. Sed si parum à vobis requiro, non ideò est, quia parum boni accrescere vobis velim: sed quia noui q̄ in carnalibus desiderijs multum occupati fuistis, & tantūdem in operibus spiritualibus melius occupari exoptem. Quòd si conatum vestrum in bonum virtutis studium, certa promptitudine, & meliori conditione, commutare vultis, humanū quod à vobis petij, magnū virtutis, & gratiæ lucrum in domino reportabit. Quod ceder omnibus feliciter iuxta animi nostri votum. Quæ enim sunt carnis opera?

*Sexta Catechesis,*

*Idē locus Pat. li magis extēditur.* Aut quæ utilitas in illis? Audite Christi tubam personam in toto mundo, & dicentem, cum vos serui essetis peccati, liberi fuistis iustitia, quem ergo fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? At fructus est in Christo Iesu

*Parochi non stri legāt. D.* non in carne: dicente Apostolo, *Nihil damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant.*

*Hieron. in illa verba ad Titum. c. 2.* Lex ergo carnis captiuum ducet vnūquemq; in legem peccati, peccatum verò cum consummatū fuerit, generatur ad mortem. Hæc omnia nostri parochi latius prosequentur ad suos profelytos, dum ad eos paratum sermonem habuerint, ne in antiquo parentum suorum luto hæreāt, & in eorundem erroribus, & turpitudinibus inueterati confenscant, & subito dolores eorum multiplicentur in inferno. Quos velim nunc viuentes in carne saltem

*Psal. 54.* mente ad infernum descendere, & perlustrato lacu ad nos ascendere: vt tanto timore percussi, cum regio propheta dicant Deo, *Confige timore tuo carnes nostras, à iudicijs enim tuis nos timuimus:* & in illis damnatis, quos viderant, exemplum faciant, quod sibi forte ex vsu sit. Videbunt namque suum Mahomedū in interiori infidelium

*Mahomedi pœna inferni describitur substantialis.* perfidorum receptaculo (quia in primo anteriori puri in fideles, qui nihil de fide audiere, suas mansiones habent)

*Infideles sūt, vel positiuē, vel merè negatiue, ita. S.* quasi in toto sedentem, suis carnalibus Mauris, viris, & mulieribus circumseptum, in perpetuo luctu, & mœrore positum, vermibus, stercore, fœtore carnali scatentem,

*Tho. 2. 2. 9.* carnis spurcitijs, immunditijs, turpitudinibus redolentem, igne interiori & exteriori pœnè consumptum, & in omnium suorum pœnis participem, solatio destitutum,

*10. art. 1.* refrigerio carentem, præsentia suorum quasi nouo igne stimulatam, ad quos si se conuertat, frementes dentibus in eum rugiunt, & vocem hanc emittunt, *Quare errare nos*

nos

nos fecisti in vijs tuis? quare in capita nostra tam male mentitus es? cur te miserum, ac nos ita perdere voluisti? Quod si patrem suum mēdacem totis oculis respiciat, ab ipso audiet reliquis spiritibus immundis mandantem, Quantum spurcissimus omnium delectavit sese in delicijs carnis, tantum date illi tormentum. Cui spiritus illi maligni obedientes, talia iussa properē exequuntur, & mille opprobria, & cōiicia in istum impurum, spurcum, stolidum, immundum cotidie iactant, dum deperditas ob falsam illam sectam vel mille animas cum suo deceptore introducunt, dicentes ei, accipe tuarum turpitudinum, & mendaciorū condignam mercedem, & ad tuum solatium tuas gentes admittito, quia cecidit, cecidit Babylon magna Mahomedus, & factus est habitatio dæmoniorū, & custodia omnis spiritus immundi. Hęc est pœna istius impostoris, suis sceleribus respondens. At ē contra spirituales viri ab Apostolo audient, *Vos in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis: quod si spiritus eius, qui suscitavit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Iesum Christū à mortuis, vivificabit mortalia corpora vestra propter inhabitatē spiritum eius in vobis.* Ergo fratres (infernus Apostolus) *debitores sumus nō carni, ut secundum carnem vivamus, si enim secundum carnem vixeritis, moriemini.* Principium namq; mortis in carne est, at vitæ in spiritu Dei, carnis autē opera erubescimus, quasi lethalia, & infrugifera: at nullus fractus in ea re est, quā per pœnitentiā vis detestatur, omnis enim agnoscens veritatē, in pristinis actibus carnalibus multū erubescit, & ad vitam æternā assequendā properat, iam de hoc certus, q̄ Domino seruiēs, & in præsentī donū Spiritus sancti habet, & in futuro vitā æternam ab eodem Spiritu cōcedendam possidebit.

Locus Apoc.  
18. de Mahometo accipitur.

Rom. 8.

Ita exponit.  
D. Hieron.



*Sexta Catechesis,*

Quare in his omnibus nostri aduenz probè instructi, ac bene edocti, carnis operibus omninò renūciabunt, & ad vomitum illius sectæ nunquam redibunt: ne de illis antiqua dictæ repetantur, *Canes reuersi ad suum vomitū, & sus lota in volutabro luti.* Sed è contra omni pietate christiana, & vitæ ciuilitate, ac deniq; pura, fideliq; conuersatione, se iam à tergo reliquisse falsa Mahomedi dogmata, cum suis immundicijs, ac libidinibus, palàm omnibus testabuntur. Nam vt carnales nimis parentes eorum fuerant, ab illis omnem carnis turpitudinem, nō quasi puluerem in pedibus, sed in intimis visceribus insitam, congenitamq; filij contrahunt, & in illis per rempus viuunt. Creauit Deus cuncta animalia, ex quibus quædam in aqua nutriuntur, quædam extra illam, nostri autem Arabes prioribus animalibus æquantur, vt qui in suis libidinibus concepti, nati, enutriti, adulti, in eisdem nunc fouentur, ac nutriuntur, & veluti aquatilia animantia balneis, lotionibus, fomentationibus ad luxuriam diurnam, ac nocturnā, quasi cibo cotidiano nutriuntur. Vnde apud illos balnea in domib<sup>9</sup> sunt, perindè vt apud nos cellæ vinariz: vt in illis ante, & post coitum mundentur: Nam, vt Mahomedo placet, illa exterior vnda per corpora disfluēs, immundas animas à peccato lauat. Sed nihil minus profectò efficit, cum potius corpora, & animas sua superstitione inficiat, nam & anima peccati foetore, & corruptione corroditur, & corpus carnalem illam turpitudinem malè vbiq; redolet, vt de illis cū poeta canere fas sit.

*Horatius lib*

*.1. ferm. sai.*

3.

*Fasillos Ruffillus olet, Gorgonius hircum.*

Cum autem libidinosi Arabes pinguium mulierum amore trahatur, & illis rātū, relictis alijs, coire gaudeant,

omne

omne suum studium parandæ pinguedini ipsæ applicant, quod verò caro carni accrescat, externo labori parant, fomam indulgent, quietem venantur, balneo utuntur, calido cibo; & præsertim pingui iure reficiuntur, ita ut citius ex macris, ac macilentis, pingues fues ipsæ euadant. Quod si ars ista interdum non valuit naturam iuuare, alia arte suæ libidini antidotum parant, & in patrio amictu pinguiora, seu corpulentiora ita incedunt: caligis cærulei coloris multum multiplicatis, longis Alcandoris ab humeris usq; ad talos pendentibus, vestibus mutatorijs more patrio consueis, quibus ornatz in publicum procedunt, ut & suis viris placea, & suis actibus carnalibus sese accommodent. Quæ licet viris suis honestiores, reliquis autem verecundiores (propter illis iniunctum est) iam appareant; sed tamen præ innata libidine, quasi igne interiori omnes exardent. Quibus cum ex animo salutem exoptem, cum D. Paulo, Dei voluntatem annuncibo, *Hæc est enim voluntas Dei sanctificatio vestra, ut abstineatis vos à fornicatione, ut sciat unusquisq; vestrum vas suum confidere in sanctificatione, & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum.* Quod autem istis dico, etiam omnibus profelytis dico, quorum nunc interest, castas, ac mundas suas omnes actiones in Deum offerre, quas acceptabit ipse, si tales inueniat. Quibus iam de suis immunditijs superfedeo amplius proloqui: nam de illis ad fidem conuersis spero confore, ut deinceps iuxta, Apostoli mandatum, *Viros suos ament, filios suos nutriant,* ad spiritus opera anhelent, orationi vacent, ac postea reuertetur in id ipsum, ne tenter illos Sathanas. Sed ridiculum etiã est, quales gradus prohibitos pro nuptialibus cõtra-

*Ritus sectæ Mahometanæ pro augenda libidine de mediocriter colendi.*

*1. ad Thessa.*

*4.*

*1. ad Cor. 7.*

*Gradus prohibitus in mat-*

*Sexta Catechesis,*

*trimonij* legem; nam suos ita Dei nomine affatur, Alterius legis  
*Maurorum* foeminas in vxores ne ducatis, nec filias vestras viris al-  
*vt habetur in* terius legis nubere permittatis; nisi prius eorum ad ve-  
*Alchorano* stram legem conuersione facta. Et iterum alio in loco,  
*axor. 3. &* omnes hæc mulieres vobis interdictæ sunt, & illicitæ, ve-  
*8.* stræ scilicet matres, & filiæ, sorores, amitæ, neptes, ma-  
terteræ, nutrices, & germanæ collactanæ, matres, & fi-  
liæ vxorum vestrarum, si iam à vobis tactæ fuerint, si-  
autem licitæ sunt: nurus, & duæ germanæ, quæ alijs tem-  
poribus licitæ fuerunt, Deus quidem pius, & misericors  
veniam efficiet. Qualia igitur erunt matrimonia Ara-  
bum, in quibus sola libido viget, naturæ ordo non serua-  
tur, lex naturalis peruertitur, & errore adducto quibus  
licet non copulantur: alijs autem quasi galli super gal-  
linas sæpius incubant. Sed de alijs operibus carnis supe-  
rius adductis, putà rixis, contentionibus, homicidijs,  
peruersa dogmata, & inaudita peruersus iste homo in-  
medium attulit, vt suis placèret, & duritiæ ipsorum deser-  
uiret: nam talionis legem tulit, iam olim à Iudæis in vsu  
habitam, & illatam iniuriam pari resarciri posse afferuit,  
absq; vlla vindicantis culpa. Quod si vindex in iram ma-  
iorem iniuriam redderet, excessus ille culpæ reum, ac  
pœnæ obnoxium efficeret: ac postea iuxta mensuram  
delicti futurus erat plagarum modus. Tãdem ferus Ma-  
homedus, & Christianorum virga ferrea, de remittendis  
iniurijs consilium, non mandatum dedit. Vndè hucuf-  
que huius feri hominis, & suorum charitatis amor mu-  
tuus sese extendit, vt apud eos vindicta sit in præcepto,  
& condonatio iniuriæ tantùm sub consilio. Quod calli-  
dus Mahomedum dæmon docuit: vt vno præcepto &  
Iudæis, & Christianis indulgeret: illis obduritiem cor-  
dis

dis ad vindictam propensis; his verò christianæ mansuetudini, & iniurijs condonandis, satis ascriptis. Sed aliena profus lex euangelica ab hac vindicta habetur, ita vt Paulus inter sefex rixantibus multum succenseat, & graue supercilium in eos attollat, dicens, *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habete, non vos defendentes charissimi: sed dare locum iræ, scriptum est enim, mihi vindictam, & ego retribuam: nam iudicabit dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur.* Sed noluit Mahomedus istam veritatem acceptare, & ideò in obscuro luto adhuc hæsitat, in medijs vindictis exercendis immerfus: nam multoties ad suos orationem habet, de bello cunctis suæ sectæ incredulis inferendo. Cuius rei pro suo demerito cerebro duplicem causam assignat: priorem ob suam incredulitatem, posteriorem in poenam suæ notæ perfidiæ. Suos deindè Mauros, vt prædatum, certatunq; exeant in omnes Christianos, sæpius Mahomedus cohortatur: sed in domo manentium, neque ad pugnam exeuntium hæc rationem habuit in suo Alchorano sub his verbis, domo manentes nullo morbo grauari, ab eūtib; prædatū nullatenus torqueantur, nā euntibus, sicut & manentibus bona sua Deus mādāt, se l eūtes alijs præfert, tāquā maioris, cumulatorisq; meriti. Deinde inferius de priuato homicidio aliquid falsi cōmētatus est, in hæc verba. Nemo bonus bonū sciēter interficiat, ignorāter quidē perimēs aliū, propter hoc redimat, & insuper parētelæ reddat homicidiū, nisi illa cōdonare volēte. Quis verò sit impotēs ad reddendū, & poenitētē, & vltērius ab hac re cessantē Deo sese offerat, & duobus mensibus cōtinuis ieiunet, hæc ille. Quasi pecunia & ieiunio redimatur homicidium per ignorantia admissum:

nam

Ad Rom. 12

Deuter. 32.

In Alchora.

Azora. 8. &amp;

9.

Lex Maho-  
medi de pœ-  
na homicida  
inferenda.

Duplex igno-  
rancia, qua-  
dā excusans  
a peccato:  
quedam nō.

nam in tali casu ignorantia distinguenda erat: nam quæ  
iusta inuenitur ab omni peccato excusans: quæ verò draf-  
fa & supina reum mortis homicidam cōstituit. Sed Ma-  
homedus, qui omnem veritatem odio habebat quasi in  
media luce excecatus, parum de ista ratione distinguen-  
di, aut nihil curabat. Sed addit vltterius legislator iste bar-  
barorum, spontaneus boni viri peremptor, ignem gehē-  
næ perpetuum, iramq; Dei, pœnam summam eidem  
inferentis, & abhorrentis patietur. In qua pœnali descri-  
ptione nullus pœnitentiæ, nec veniæ locus relinquitur,  
sed gehennæ futurus ciues ab illa hora conscribitur. O  
miseram Arabum conditionem! apud quos, qui Chris-  
tianum virum occidit, dignus efficitur vitæ æternæ: qui  
verò Maurum, inferno illicò detruditur, ad ignem æter-  
num, & dæmoniorum cōsörtium. Illud præterea pro  
vindicare se volentibus Mahomedus statuit, ne quis vn-  
quam priuata auctoritate, bene tamen publica, de iniū-  
riam faciente pœnas cōdignas summeret: nam locum  
propriæ defensionis dari ab eo præcipitur, similiter & re-  
stium oppositioni: quo facto breuius quàm dici potest, lis  
absoluitur. Oppositiones autem testium illorum dicta  
infirmare valetes, hæ sunt præcipuæ, si vocatus testis suæ  
legis sit ignarus, vel parum suo Mahomede deuotus in  
sui Alchorani orationibus recitandis, cuius rei periculū  
coram iudice statim fit, vt allatum testimonium, vel in-

*In*firmatio firmetur, vel firmetur. Hæc de immunditijs, & iniquita-  
tibus sectariorum Mahomedi in præsentī catechesi re-  
būm, est vlti-  
tatio Mechee,  
& peregrina  
tio de qua in  
Alcor. az. 2.

tibus sectariorum Mahomedi in præsentī catechesi re-  
būm, est vlti-  
tatio Mechee,  
& peregrina  
tio de qua in  
Alcor. az. 2.

ferenda duximus: nunc de iustitia, & sanctificatione ma-  
tatio Mechee,  
& peregrina  
tio de qua in  
Alcor. az. 2.

iore, quæ in illa secta iniungitur, vana, putrida, distincta-  
tio de qua in  
Alcor. az. 2.

quæ dogmata ab isto legislatore inuenta, redarguere li-  
ber: & quasi ab alijs quæstionibus extricatos, ad ea redar-  
guenda

guenda propius accedere. Nam nescio quid de iustificatione sua, non per cordis cōpunctionē, & sacramentorum virtutem simul comparandam, sed per domus Mechæ, celeberrimæ apud illos templi, de totam visitationem Mahomedus prædicavit: in qua domo omnis idololatria intra suum ambitum continetur, & multorum deorum cultus ab initio suæ erectionis ibidem fuit contentus. Cuius loci miram sanctitatem, & eidem ab omnibus applicandam deuotionem non à crebris lucernis ibidem lucentibus, non à parietibus miro opere, & ordine elaboratis, non à marmoreis columnis: æquè distinctis, non à fenestris varijs tessellis, & auro relucens, non à laquearibus picturis, & coloribus exornatis, non denique à tectis lignis odoriferis, pretiosisq; benè ornatis: sed à primario illius auctore, quem ipse summum patrem multarum gentium Abrahamum gratias fingit, in eodem fermè loco erectū, in quo ipse filium suum vnicum, vniceq; dilectum, factus Deo morigerus, sacrificare instituit, gladiumque supposuit, ut citius ab angelo corripere. Cuius domus Mahomedus meminit in suo Alchorano sub his verbis, Abrahamæ quidem hoc templum fundare, benedicere, emundareque propter aduenientes, & ibidem commorantes ad Deum adorandum, Deoque nullum struere participem, datū est: & ad templum prædictum peregrinationem perfuadere, & loci sanctificationem prædicare suo vati Deus mandauit. Quò super bestias vndiq; veniant, ut sibi proficuum testificando videant, illasque sacrificent, quibus se, præperes, egenosq; pascant, negotiaq; sua peragant, & vota compleant, ac templum multoties circumeant: quod factum maximum summæ remunerationis erit.

*Abrahæ edificauit templū Mechæ, sentit Mahomedus, sed perperam.*

Hæc

## Sexta Catechesis,

*Error Mahomedii.*

Hæc Mahomedus. Ecce ridiculâ illius sectæ sanctificationem, tanti à Mauris habitam, quanti à nobis dici non potest. Sed his succreuit alius error, æquè isto perniciosior, ex illis verbis malè intellectis, quæ de remuneratione adducuntur, quam amitti non posse etiam post graua crimina barbari isti falsò credunt: vel quia visitatio illa hominem reddat sanctum, impeccabilemq; , quem reliqui summè venerantur: vel quòd peccata admissa eidem non imputentur, ne promissio illa, à solo Mahomede facta, euacuetur. Sed prohi dolor, ita Arabes sui vatis videntur officiosi, vt eius corpus quasi idolum habeant, cui in aerapendenti magnetis virtute, & in atrio interiori eleuato, vota exoluant, preces suas fundant. Nec mirum quòd in illo templo adhuc idololatria vigeat, nusquam enim ab illo templo idolorum cultus fuit relegatus, sed denuò auctus ab isto incantatore. Nam in antiquis Arabicis legimus, Mahomedum falsa religione ductum, templum illud ab idolorum cultura purgasse, quibus ob creationem sceminarum ad vsus hominũ certa sacrificia, & sollempnia vota soluebantur. Postea vero vita sancto Mahomede eidem à suis cultoribus dictam, ne funebri pompa, & exequijs ritè solutis more patrio, tantus vates frustraretur. Vndè ab illa die Mahomedi corpus, à cunctis illius viri sectarijs intra domum illam receptum mira deuotione inuisitur, ferreo Sarcophago inclusum, & in aera raptum: quod inculti barbari idololatriæ dediti, & adorare, & summa religione prosequi, dæmone instigante, cœperunt. Non aduertentes præ graui sua cæcitate opus illud naturæ magnetis præpotenti debere tribui, non dæmoni incantantis lib. 36. tantum sapienter, qui eos huius eleuationis causa, quasi

*Antiqua Arabum religio in Mecha.*

*Virtus magnetis amittitur, si oleo perungatur: ita naturales tradunt. De hoc lapide Plinius lib. 36. c. 16.*

mira-

miraculū a Deo exhibitū, in tanto idololatriæ errore detinet. Quare hac tanta dæmonis arte & Mahomedus in Mecha, & tota Arabia colitur, sicut & diuus Petrus Romæ, & sanctus Iacobus Compostellæ, diuersis tamen de causis coluntur, & inuisuntur: ille vt maiori pœna torqueatur: hi vt suos christicolos & fauore, & patrocinio in cælum leuent. Sed qui iam bonis Spiritus sancti auspicijs Christiana religione ducuntur, secta illa post tergum relicta, nec diaboli compedibus detineri, nec Mecham adire, nec ibidem, nec alibi Mahomedo nephando vota soluere, nec denique ad pristinam conuersationem cum homine isto mendace redire, in suis votis habent, detecto iam tanto hominis falsi, ac ridiculi mendacio. Quare eos in domino monebo, vt attentis auribus Paulum sibi dicentem audiant, sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Quod vt properè faciant, oportebit utique, vt à suis parochis veram rationem iustificandi coram Deo animas suas opportunè accipiant, eamque sibi parare contendant, & præteriti criminis dolore, & vterius à peccato recedendi firmo proposito. Aderit enim præstò Deus ex animo pœnitentibus, ac sese disponentibus cœlestem gratiæ rorem infundet, & spiritum fortem pro cūctis hostibus animæ deuincendis. At si necdum pro iustitia Christiana pœnas, dolores, tormenta vsquè ad necem perpeti valeant, saltem corpoream delectationē iustitiæ amor non anteponant: vt paulatim ipsi ad maiora iulitiæ merita proficiant, & fortius nunc, deuotiusque eximie sanctitati, quàm olim immunditiæ seruientes, pro adimplenda

Christi

*Epilogus ex loco Thema.**Hanc tradit S. Thom. 1. 2. q. 113. per decem art. 5.*



## Sexta Catechesis,

Christi iustitia, aliquid mali subire non respuant. Nam sicut iniquissimus omnium habetur, quem poenae vltius terrores à carnalibus operibus non deterrent; ita ille è contra iustissimus censetur, qui à falsis Mahomedi dogmatibus ad omnem iustitiae sanctificationem in hoc tempore suae salutis acceptabili reuocatur. Hæc omnia, amore Christi, pij parochi suos aduenas doceant: vt ab eis edocti ad Christum nunc totos sese conuertant, & perfectæ munditiæ euangelicæ animas suas, & corpora simul consecrent, Christi Iesu gratia, & fauore leuati. Quod ipse nobis, & illis misericors annuat.

## COLLECTANEA

### sextæ Catechesis.

- 1 **I**nfandorum idolorum cultura omnis mali caussa est, initium, & finis. ex D. Hieronymo.
- 2 Malus conatus ad vitia carnis ad spiritus opera commutari debet ex æquo: quamuis plus virtuti, quam vitij sit impendendum: & hoc à nobis exposcit Apostolus.
- 3 Fugienda est omnis concupiscentia carnis, ex qua nullus fructus capi potest: vnde omne quod erubescitur malum est, & omninò vitandum.
- 4 Opera carnis omninò renuncianda sunt, vt liberi seruiamus spiritui: nam vbi spiritus Christi, ibi libertas.
- 5 Mahomedus quantū delectauit sese in operibus carnis,

- nis, tantum habet tormentorum: quæ poena suos sectarios manet, nisi prius carnalibus actibus in hac vita renuncient.
- 6 Balnea Maho cedi affeclis sunt interdicens; quæ soliluxuriæ seruiunt, tam pro masculis, quàm feminis.
- 7 Mulieres proseytorum accrescendæ pinguedini nõ sint attentæ: sed viris suis cum omni munditia, & castitate placere studeant.
- 8 Gradus prohibiti à Mahomedo pro nuptialib' cõtra etibus recẽsentur: qui legi naturali oppositi vidẽtur.
- 9 Carnis opera sunt rixæ, & contentiones, quæ in illa secta licita sunt, dũ iniuria par pari refertur: nam excessus tantũ est peccaminosus, & punitio dignus.
- 10 Lex Talionis apud Mauros viget: sed auctoritate publica, non priuata exequenda venit.
- 11 Bellũ contra Christianos Mauris præcipitur: & depredatio suorum bonorũ, si secta illã non recipiant.
- 12 Homicidiũ inter Arabes admissum nõ semp est peccatum, & ignorãtia in homicidio à peccato excusat apud illos.
- 13 Iustificatio maior apud Arabes est visitatio domus Meche, unde sanctus habetur ille, quæ illã domum visitando corpus Mahomedi adorauerit.
- 14 Profelytæ: vera iustificatione sunt à suis parochis instruendi: quæ per cordis compunctiõẽ, & sacramentorum virtutem simul perficitur: dum homo motioni Spiritus sancti cooperatur.

# CATECHESIS

## SEPTIMA, DE SUPERSTITIO: ne in cibis vitanda.

*Leetio ex D. Paulo concordante in delectu ciborum Iudæos, & Gentiles sumpta est ex. c. 14. epistole ad Romanos: Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet.*



ECVTVS D. Pauli mentem, illud apud me firmiter statui perficiendum, de veteri homine ab omnibus superstitionibus eruendo, & nouo perfectè formando, quantum nobis Deus beneficus, ac bonus dederit. Quòd si, vt cœpi, primum nō absoluerim, certus sum ad desideratam metam me non posse contingere. Renouatio namque spiritus nemini vnquam contigit, nisi post veterem istum hominem exutum, de medio sublatum, & vltèrius multò profligatum. Dormienti verò in vtramq; aurem Deum confecturum nemo credat, sed è contrà ad illum piè, & iustè accedenti, vt vtrumque D.

2. ad Cor. 4.

*Paulus mirificè docuit, de se ipso testimonium præbens. Propter quod non deficiamus, sed licet is, qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Non est igitur multum curandum de homine qui corrumpitur, sed potius de eo qui in spiritu renascitur, renouaturque in dies. Illam autem corruptionem ex humo-*

rum

rum intemperantia, vel dissonantia certū est prouenire, iuxta medicorum receptum axioma: cūm humani corporis pessimi, ac superabundantes humores ex allato cibo, vel augeantur, vel aucti diminuātur: qui si in tempore, & delectu, infirmi habita ratione parati forent, morbum impedirent: si verò ab ipsa gula saluti hominis insidiant, ipsa iam grauata natura, & impedita, tanto oneri citius succumberet, & nisi per inedia[m] reparari non posset, iamq[ue] deficiens cū Sapiente diceret, *corpus quod corrumpitur aggrauat animam: & sensum deprimit terrena cogitantem.* Quod iam nostro malo fato experimento didicimus: nam vna esca necdum comesta, sed summis labijs degustata, tantum virus in nostros parentes, & nos suos posteros infudit, vt integra tunc natura subito infirmitati, & vtriq[ue] morti subiecta manserit. *Patres enim nostri comederunt vnam acerbam, & dentes nostri obstupuerunt.* Pulchrè autem in dentibus vuz acerbitas, vel pomi vetiti immaturitas designatur: vt per seminalera rationē, peccatum illud à nobis fuisse cōtractum intelligamus: nam sicut *infans vnus diei non est sine peccato super terram*, in cuius anima tota ratio, vera, & propria peccati dignoscitur, ita in eius corpore, & præcipue in ore naturalis causa, pomum scilicet ipsum inter dentes hærens, totius concupiscentiæ radix per fidem etiam videtur, si quis attentius pueri dentes rimetur: inter quos nō materiale, sed spirituale pomum conglutinatum est, & ab ipso puero, in primo suo parente tunc incluso, tactum, degustatumq[ue]. Quod si vna esca rotum hominem inescare valuit tunc temporis, num fortè eiusdem indictum ieiunium valebit ad pristinam valetudinē eū reducere? Sane quidē: sed non integram recuperare, ob status prioris,

Sapient. 9.

Hierem. 31.

Seß. 5. Cōcil. Trid. explicatur in vero sensu.

S. Tho. 1. 2. q.  
109. per de-  
cem art.

& alterius (ad quē perduxit hominem culpa primā, rana  
lethalis, ac pestifera) notam differentiam: ille namq; sta-  
tus naturæ integræ ab statu iam corruptæ longius distat,  
ut schola theologorum ab angelico doctore benè edo-  
cta, apertè nouit distinguere. Heu malum magnum esca  
illa nobis peperit, cuius notos effectus in nobis ipsis ex-  
perimur: nam ob escam litigant Iudæicum Genilibus,  
quos concordare nititur Apostolus cum Romanis locu-  
tus, in hæc verba: *Infirmum autem in fide assumit.* Hic  
increpare incipit Paulus suos Romanos, & quasi acu ta-  
citus ferire: quia dum sibi omnia licere arbitrabantur, a-  
lios à carnibus sese abstinentes cōtemptui habebant, ipsi  
verò, quia fortes in fide, immoderatè carnibus vescaban-  
tur. Damnat eorum iudicium in suos fratres prolatum:  
nequē enim licet in disceptationibus cogitationum in-  
firmum assumere; sed vel in charitate instruere, vel in  
sua conscientia dimittere: nam quem lex nō iudicat, nul-  
lis aliorum cogitationibus iudicandus venit: sed in sua  
conscientiā dimittendus. Alius enim credit se manduca-  
re posse omnia, māducet igitur: qui autem infirmus est,  
nec id sibi faciendum reputat, olus manducet; hac lege,  
& conditione, *ut is qui manducit, non manducantem non  
spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet.* Deus  
enim illum assumpsit iudicandum. Ex contextu tamen  
sermonis nihil de cæremonijs veteris legis in quæstio-  
nem versum lector deprehendet, sed solum de conscien-  
tia manducantis, vel abstinentis: at vtrumque in sua con-  
scientiā relinquit Apostolus. Infirmus enim in fide, cum  
ratione à carnibus se abstinet, & interdum ne sibi no-  
ceant, proprio iudicio melius sibi abstinentum quam  
vescendum iudicat: nam vel id conscientia stimulat non  
dum

D. Hiero. in  
locum expo-  
nit.

dum in fide perfecta, vel ætatis infirmitas exposcit, vel caloris defectus in stomacho cibum respuit, ne crudus indigestum generet morbum. Alius verò, qui nihil commune, vel immundum nouit, nec prædictis rationibus retardatur, dum moderatè carnibus vescitur, alium suo cibo neque perdat, neque iudicet, ne bonum nostræ libertatis blasphemetur. *Non est enim regnum Dei esca, & potus; sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto.* Si verò Iudæi, vt solent, pro suis superstitionibus cum Romanis ciuibus hoc in loco litigant, hos oportebit ab illis tantamquam in suscepta fide satis firmis blanditijs assumi, & explicato linteo illo, quondam apostolorum principi in visione sua aperto, & animalibus mundis, immundisque repleto, dicent infirmis istis: *quod Deus sanctificauit, vos ne commune, vel immundum dixeritis:* Surgite itaque à vestra ignorantia; occidite singula quæque animalia, & comedite ex illis, iam omnia munda sunt vobis, & vestris vsibus à Deo deputata. Adueniente namque veritate, quæ in figura illi populo contingebant, nullius rei figuram gerunt, nec sub vlla prohibitione continentur: nam ab illo onere cæremoniarum veteris legis liberi facti estis, quod omnium fuit grauissimum, & magna cum difficultate à patribus deportatum. De quo Apostolus post visionem suam protulit, adeò graue fuit legis veteris iugum, quod neque nos, neque principes nostri portare potuimus. Sed ad profelytos ex secta Mahometana, quasi medios inter Gentiles & Iudæos, paulatim descendamus, quos Paulinis verbis licebit redarguere, tamquam debiles, parumque firmos in fide suscepta. Cur vos vestro Mahomedo, immò potius Iudæis consentientes, post susceptum baptisma, de delectu ciborum agitis? eur

*Ad Rom. 14.  
D. Anselm<sup>o</sup>  
ad Iudæos lo-  
cum extendit  
Actorū. 10.*

Septima Catechesis,

in disceptationibus cogitationū vestrarum ambulare vultis? cur alios temerè iudicatis, si vel comedant, si uè abstineant? Doleo vestram vicem, qui nec dum Mahomedū in actibus vestris exuistis: sed ad mensam illius per circuitū appositi, hos eligitis cibos ab eo de gustatos, reliquis epulis per vestram superstitionē de medio sublatis, quantumuis ab alijs in pretio magno habitis. Quousq; vestra hæc falsa religio durabit? quamdiu patientia nostra abutemini? Quo tandem patiar vos in vestris carnalibus de fiderijs detineri, & ad vomitum defæcatæ sectæ redire? Si Christum induistis, Mahomedum ex animo exuite, & à mensa vestra conuiuam cum ignominia repellite: quid habet cōmune Christus cum Mahomede à suo regno iam olim excluso, neque ad suam mensam admissos? quid mensa dæmoniorum, cum sacra Christi mensa exequanda venit? quid immundus hospes cum mundis conuiuis sedere contendit? citius profectò de medio mensæ tolletur quia non indutus fuerat veste nuptiali, & in tenebras exteriores mittetur, dignus supplicio æterno. O profelyti nostri, quos iterum parturio, donec plenè formetur Christus in vobis, accommodate vestras aures primis apostolorum Principibus: videte, quid vobis afferat Paulus. *Regnum Dei non est esca, & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto.* Percipite, quid dixit Petrus. *Sufficiat vobis præteritum tempus ad voluntatem gentium consumandam, ijs qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, vinolentijs, comessationibus, potationibus, ebrietatibus, & illicitis idolorum cultibus.* Hæc audientes, ex animo ad Christum redite, & tãto impostori vestras aures obturate. Quòd si millies in hora ad vos clamiter, neque aue si dixeritis, ne communicetis operibus

*Math. 22.*

*Ad Rom. 14.*

*1. Petri. 4.*

operibus eius malignis. Cui semel in baptismo renun-  
ciastis, non est cur iterum illum audiat: *scientes quia* Ad Tit. 3.  
*subuersus qui eiusmodi est: & delinquit cum sit proprio iu-  
dicio condemnatus.* Sed exordiamur dicere, vnde oc-  
casionem Mahomedus sumpserit, carnes, vinum, suf-  
focatum, sanguinem animalium, ac reliqua multa inter-  
dicendi, suo spiritu diabolico ductus, vt propositz à no-  
bis catechesis rationem habeamus. Mahomedus iste  
vel dæmone astutior tribus gentibus leges tulit: scilicet,  
incultis Barbaris, dubijs Christianis, formi dolosis  
Iudæis: quibus omnibus, vt placerent quas fecisset le-  
ges, hac arte vsus est. Singulis namque talia mandata  
dedit, qualia apud illos vel traditione, vel scripto, vel  
denique firmata consuetudine iam indè à sæculo prio-  
re vigerent, quæque tunc firmiter constarent, quæ vio-  
lare, prætermittere vè sacrilegij scelus videretur. Vt in-  
tellexit igitur, esus carniū apud cūctas orbis nationes  
fuisse interdictos, vna aut altera ex prædictis caussa, vt  
suis morem gereret, & legislatoris officio apprimè fun-  
geretur, delectum suorum ciborum singulis probauit,  
palatoque eorum deseruiēs aliqua interdicare est ausus,  
quæ suum dementatum cerebrum confingere decuit, vt  
tollendi, addendique potestate quasi talem licebat legis-  
flatorem, ad auctus censeretur. De quibus pauca per-  
stringentes in hac materia, citius receptui canemus. Li-  
cuit sanè Apostolis, primis Ecclesiæ principibus, & Euan-  
gelicæ veritatis fundatoribus, nuper ad fidem vel ex-  
gentibus, vel Iudæis, venientibus aliqua ad cibos cotidia-  
nos spectantia interdicare, quæ pro illo tēpore visa sunt  
maximè expedire ad eorum profectum, & in fide sus-  
cepta confirmationem, prout Spiritus sanctus & loqui,



Septima Catechesis,

Act. 15.

& mandare dabat illis. De his legimus apostolorum decretum, ab Spiritu sancto firmatum, probatumq; in suis actibus in hæc verba. *Visum est spiritu sancto, & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria: vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, et suffocato, & fornicatione: à quibus abstinentes vos, bene agetis.*

Hispana editio hæc verba inserit.

Hæc ad gentes omnes, super quas inuocatum est nomen domini Iesu, cum fidelibus legatis missa sunt, vt suborta inter Iudæos & gentes controuersia de obseruatione legalium à tantis iudicibus breui dirimeretur. Hæc ferme verba in Latina versione leguntur, pauca verò in Cōpluteni Græca versione addita habentur, quæ sic habēt. *καὶ ὅσα μὴ θέλετε ἑαυτοῖς γινεσθαι, ἐτέροις μὴ ποιεῖτε,* id est, quæcumque vobis fieri non vultis, nec vos alijs facite. Sed inserta sententia ad intelligentiam decreti faciet, non ad literam vulgatæ corrigendam: quod facere grande piaculum esset. In quibus verbis quatuor sunt gentibus præcepta: quorum duo priora, abstinentia, scilicet, ab immolatis simulachrorum, & omnis fornicatio, semper fuere prohibita: reliqua verò de sanguine animalium, & carnibus suffocatis ad tempus præcipiuntur, ne esus illorum scandalum inter illos & Iudæos tunc temporis generaret: ob quam causam testatur Paulus se Timotheum circumcidisse grandæuū, propter Iudæos qui erant in illis locis, vt ad eorum cateche sin missum minimè contemnere auderent. Sed paulò post dū pace, & quiete ecclesia fungeretur, posteriores

Act. 16.

Cibi nō sūt interdīcti, sed dies pro cibis sanctificati.

duæ prohibitiones cessarunt: nec cibi sūt Christianis interdīcti ampliùs: bene tamen dies sanctificati vigiliarum, & ieiuniorum, in quibus delectus ciborum habendus est in tota ecclesia, non quia cibi carnales sunt

de

de se illiciti : sed quia dies vt sancti habiti sub tali ciborum delectu à nobis sanctificandi veniunt. Nam vt docet. D. Hieronymus, aduersus Iouinianum scribens, ad hoc edendum decretum longa discussione, & ratione Apostoli vsi sunt, nec de alijs curauerunt. Denique & Apostoli, & seniores de Hierosolymis literas mittūt, vt nō amplius imponatur oneris his, qui de gentibus crediderunt, nisi vt abstineant se ab idololatria, & fornicatione, & à sanguine, & à suffocatis : & quasi paruulis, atque infantibus lac potum dant, non solidum cibum : nec præcipiunt de continentia, nec de virginitate significant, nec ad ieiunia prouocant, nec de perfectione euangelica cum illis agunt. Non habebat necesse illa gentium multitudo præceptum de castitate, & continentia perpetua, quibus scribebatur, vt abstinerent se ab idolis, & à fornicatione, & in quibus audiebatur fornicatio, & talis fornicatio, quæ neque inter gentes quidem est. Hucusq; sanctus doctor quæstioni facit satis. Ex quo loco legalia omnia iam cessasse conuincitur contra Iudæos, & Mahometanos aliqua ex illis retinentes. Nam de sanguine, & suffocato temperantia mandata exhibebantur pro illo tempore necessaria. Quæ vis enim iræ dominantis, iniuriæ, doli, fraudes, & cætera machinamenta in proximū contra tranquillitatem vitæ eius ordinata, quæ in sanguine tamquam in sede residet, & in eius temperie conseruatur, iure per comestionem sanguinis, vel animalis in sanguine suffocati, hæc omnia adumbrata intelliguntur. Nam anima omnis carnis in sanguine est, ob sanguinem ad vitam necessariū, vt auctor est Philon cum reliquis philosophis : fortè inde Hispana phrasi sanguinem hominis bibere, & de carnibus edere dicitur, pro vitæ corporali alicuius insidiari: qui enim in aliquem

D. Hiero. li.  
I. contra Iou  
nia.



Philon in lib.  
quod deterius  
potiori insi-  
dictur.

Septima Catechesis.

Hispana  
phrasis.

vehementer commotus est, effutire solet, eius carnibus vescerer, & sanguinem absque stomachi commotione biberem. Quapropter excandescantiam in proximum tam grauius dominus odit, ut vel hac ratione quanta charitate nos mutuo deuincire debeamus, hoc

Leuiti. 17. c. præcepto antiquis dicto palam indicauit. *Homo quilibet & Serranosu de domo Israel, & de aduenis, qui peregrinatur inter vos, si per hunc locum.*

*comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo: quia anima carnis in sanguine est. Idcirco dixi filiis Israel, omnis anima ex vobis non comedet sanguinem.* Omnia namque in figura illis contingebant, quæ iam euangelica luce corruscante clariùs nobis quam illis innotuere. Sed cæcutiens, & ignorans Mahomedus hanc lucem, immò odio habens ipsam lucem, noluit ad eam venire, ne ab ea argueretur opera eius. Oportebit igitur nos ad tenebras Mahometanas, & latas ab eo leges in suo Alchorano propius accedere, ut ab obscuro loco perniciose eius mendacia, & pedibus gentium offendicula in hanc mediam lucem eruamus, & tamquam perridicula axiomata nostris telis veritatis confodiamus. In primis illud decretum affert in suo Alchorano sub his verbis. Sunt autem vobis hæc illicita, sanguis, & morticinum animal quodlibet, nequaquam Dei nomine peremptum, & suffocatum, ac igne combustum, vel ruina morti deditum, & alupo tactum, nisi quis illud interfecerit. Et paulò inferius: Quærentibus à te, quæ res sint licitæ ad comedendum, dices, sapidæ & odoriferæ licitæ sunt. Et iterum ait: Venatum tendens, si canes ab eo docti sunt, & bestias ceperint, super eas Dei nomen inuocans, eas comedat cum timore Dei, cui subest omnis rerum numerus. Et rursum: Licet à Deo vobis

In Alchorano  
Azerd. 12.

vobis datur licentia, vt de dapibus hominum comedatis, illique de vestris, postquam comederitis, eorum foeminas bonas, & timentes Deum, & in illum credentes, & nequaquam amafios habetes, postquam illis munera danda tribueritis, ducite in nomine Dei. Quasi velit ante matrimonia sollempnia conuiuium præparari, more patrio. Sed in alio capite hæc sua dicta explicat: Cum omnes in Deum credentes, suisq; præceptis obedientes, licite de rebus omnibus, super quas Dei nomen inuocatū est, comedere queant, sed alios nõ comedentes ne sequantur, quos velle proprium trahit in errorem: de alijs verò illicitis cibis nõ comedant, nisi necessitate cogente. Et paulò post in hac azora inquit: Secundum quòsdã, omnes bestiarum agri ad comedendū cuilibet agricola: sunt licite: secundum alios latera tantū, secundū alios neq; latera: sed omnes bestiarum sunt comestibiles, si super illas nomē Dei inuocatū est. Et post pauca, omnes foetus in vêtre bestiarum comestui licitos, si masculi fuerint: illicitos verò si foeminei: si verò occisi fuerint, omnes comestionis sunt participes. Iudæis vero ob suã malitiã omnia fecimus illicita vngulã continuã habentia, & vaccarum, & ouium pinguedines: nisi costis, vel carni, vel ofsicõmistis. Quod licet ipsi cõtradixerint, Deus sapiētissimus, atq; pius, eisdẽ malitiã suã nõ subtrahet. Dicent tamẽ increduli, aliquid ciborum sibi, vel parētibus suis illicitū fuisse, si Deo solū placeret: quod prædecessores sui obseruarūt, quibus ait Mahomedus, Hoc erit vobis cõstãs præceptū, ne vltius pro more vestro rē incertã sequamini. Deus quidẽ, quo volente omnes viã rectã sequuntur, vestrã controuersiam discutiet. Hæc aperta sunt in secta locis assignatis. Videte igitur adulatorem eximium, pruriẽtem a auribus omnium

*Azora. 16.  
priori.*

*Septima Catechesis,*

& à veritate omnes homines auertentem. Quòd si aliquid à Deo acceptū suis retulisset, nequaquā illud fortè vanū corā Deo haberetur: sed vndequaq; cōstans, & vni formi spiritu allatum, vt quid ita tot myriades gentium in suam muscipulam, & laqueum diaboli fabulosus homo induxit? Nequeo satis mirari, neq; prospicere hominem falsa dogmatizantem, & veluti Sibyllina responsa dantē: sed demiror magis eos, qui tot nemijs, & fabulis fidem dantes, tanto homini adhæserūt. De quibus dicam cum Esaia. *Populus hic ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces, nolentes audire legem Dei. Qui dicunt videntibus, nolite videre: & aspicientibus nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel.* Sed fortè inultū nō tulerunt verbū istud Iudæi ad Mahomedum appropinquantes: neque tolleretur ab eis, & eorum posteris interruptio illa cadens super eos, & ad inferni lacum perducens. Sed superstites eorum Mahomedi affeclas percōtari libet, cur præcepta distincta sibi, & alijs gentibus, absq; vllò delectu obseruent? videntur enim non solū à sua fide, sed à Mahomedi deuotione defecisse, prolibito suo. Nā vt exemplum certum subducam, porcinae carnes ex æquo Iudæis Mahometizantibus, & alijs gentibus idololatriis, odio sunt: cū solis Iudæis, Moysi legem cum ista secta retinentibus, prohibitione fuerint. Qui cū debuissent verum illius prohibitionis intellectum inquirere, & à patribus suis petere, ad hominem ignarum diuertere voluerunt, qui nec literas nouerat, nec forinare in vita sua didicerat. Sed nos in gratiam nostrorū profelytorum, quorū salutē negotiamur, de his prohibitionibus pauca differemus. Duplex itaq; legitur

*Esaï. 30.*

*Eodem cap.  
Esaï.*

legitur in lege antiqua ciborum, vel animalium prohibi-  
tio, in vniuersum illi populo facta: prior, animalium diui-  
sam vngulam non habentium: posterior, non ruminan-  
tium, quamuis diuisam vngulam habentium: quæ omnia  
in figura accipienda sunt. Ex terrestribus igitur ani-  
malibus, legem statuit: quæ ruminant, & vngulam fin-  
dunt, in cibum habere; quibus verò vtraque aut altera  
harum conditionum defuerit, vt chærogyllus, lepus, &  
sus, omninò reijcienda sunt: ita vt neque horum cadaue-  
ra contingantur. Quæ discutienda sunt, vt spiritum ve-  
nemur, quem dominus in figura intendebat. Principio  
itaque vngulæ cum dentibus commodam quandam co-  
gnationem habent, & vt affines hîc coniunguntur, si illo-  
rum functiones spectes. Nam quæ esui conueniunt, pri-  
mum vngulis decerpuntur, dentibus deindè coaptatur,  
& sic disposita ventri coquenda animalia traduntur. Qua  
propter appositè satis ruminationem, quæ dentibus fit,  
& fissionem vngularum, à quibus præparatio cibi inci-  
pit, simul requirit, qui cibum homini ex ipsis animali-  
bus parat. Quoniam autem his animalibus, quibus vesci  
dabatur, in exemplum vtitur Dominus ad eas proprie-  
tates explicandas, quas in nobis fidelibus suæ mensæ cõ-  
uiuus exoptat, vt quales epulas corpori homines ha-  
berent, tales animæ præpararent: atque hanc pædagogicā  
talis doctrinæ causam fuisse dices. Et aliud, quod in his  
mysterijs fuerat reconditum: nā omne animal vngulam  
diuidens firmitus calcatur, quia non in superficie, sed inte-  
rius extremitatibus vngulæ terram vehementius pre-  
mèdo eidè annectitur: & huiusmodi firmitudine, & sta-  
bilitate, etiam fixos in sua fide, & præceptis desiderare  
Dominum suos, planè hoc loco sanctus *N. oses* figurauit.

*Leuit. 11. &  
Deuter. 14.  
D. Cyrillusti.  
de spiritu &  
litera.*

### Septima Catechesis,

Per ruminacionem verò meditatione præcepta diuina quasi cibū semper ore tenere, & eadē opere cōplere. His dictis aliud mysterium addam: nam cōditis legibus, quæ ad Dei cultum conuenienter exhibendū expedirent, vt cautiū mandata seruarent, à suo cōmercio, & conuictu, tamquā cibos sibi infaustos, & insuaues, gentes immūdo rū animaliu, & ciborū nomine excludit. Etenim cū vsq; ad eò immersæ corpore agāt, vt ad spiritus, & vitæ animæ cōtemplationem numquā assurgant, mensæ domini ineptæ epulæ sunt: qua ratione à suorum edulio, & cōmercio, in quibus curā spiritus amat, meritò excludit. Repugnāt præterea Dño, eas ad sui cognitionē inuitanti, & ad poenitentia in super expectanti, perindè ac fera animalia hominibus: vnde omninò inutiles fidelibus existunt, nisi solum ad exercendā eorum virtutem bellis, & infestationibus. In cuius rei mysteriū vidit beatus Petrus *caelum apertum, & descendens vas quoddā velut linteam magnum quatuor inijs summitti de celo in terrā, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentes terræ, & volatilia calis: cui iussum est occidere ex eis, & manducare: & renuētī, quod immūda eisēt, & lege hac prohibita, respōsum est: Quod Deus purificauit, tu cōmune ne dixeris.* Vbi vides gentes ex hoc loco immūda animalia fuisse: & per occisionem, qua feritas repugnandi Deo moritur, & per manducationē, qua ad poenitentiam peccator ore, & stomacho prædicatoris, & confessoris præparatur, gentes ad ecclesiam venisse. Recepit ergo iam gentes ad fidem, & ad publicā suæ ecclesiæ scholam, lege hac abrogata, quæ vsque ad memorata tempora perseverare debuit: vt eo populo sic adunato, & per Christum in libertatem asserto, peracta iam suæ legationis functione, gentes illę ad conuiuium suæ mensæ, in  
qua

Actor. 10.

qua pro cibis apponendis nostræ fidei mysteria proponuntur, à tanto regni celestis sponso receptæ fuissent. Sed aliam huius rei causam apertiorè D. Theodoretus cõminiscitur sub his verbis: *Sapientissimus ille Medicus hoc remediij genus adhibuit in Aegypto contractæ agritudini, dum sacrificare quidem Iudeis ad eorum imbecillitatem indulgit. Et tamen ea, quæ prius colebant, in sacrificiũ iussit offerre, ut dum hoc facerent, scirent Deos non esse, quos tamquam victimas ipsi mactarent. Ideòque abstinere illos etiam suillis carnibus iussit, quia nimirum hisce solis Aegyptij vescabantur, cæteris autem animantibus tanquam dijs suis parcebant.* Hæc D. Theodoretus. lib. 7. de sacrificijs: quem alij Doctores sancti insequuntur. Cum igitur de gentibus congregato populo credita sint eloquia Dei, oporteret iã tamquã in Christo renatũ missa illa facere, quæ à tanto domino impleta, & ablegata sunt. Quæ si à longè respiciantur, omnia apud illos in usu esse compertum erit, quæ de illicitis, vel prohibitis cibis lex illa antiquata præfixerat, & Mahometanum commentum eidem adauxerat. Nam suillas carnes post suam conuersionem cane peius, & angue abhorrent, atque hac lege, & conditione sibi concessæ, cum rege Recesuintho, Iudæi Hispaniam colentes de suo reditu ad fidem publicè agunt, & eam sibi colendam denuò recipiunt tanto rege permittente: ut in concilij Toletani octauo actis, decretisque videre licet. Igitur Iudæi isti ingenuè pollicentur Christi baptisma iam olim ab eis susceptum velle seruare, & cibos omnes suilla adipe, vel carne pingui porcina conditos degustare, dummodò carnem macram nec gustent, nec deglant: non quia ad prohibitionem carniũ lege vlla teneantur, sed potius quia suo palato insipidæ, & insulsæ nimis haberentur.

D. Theod. li. de Græcarũ affectionũ curatione. Galij sancti doctores.

Cõcil. 8. Tol. Can. vlt. & petitio Iudæorum habetur in libro Iudicũ, del fuero 162. go.

Qui



*Septima Catechesis,*

Qui verò ex his nati sunt, cum profelytis ex gente Mahometana præallegatum cum tanto rege contractum rescindere, & ad vanas istas prohibitiones redire paulò post elegerunt, & vsque ad hæc nostra tempora in suis ritibus consenuerunt. Nam si casu suillam carnem, vel adipe in condito cibo commisceri, & sese degustasse verè aut falsò deprehenderint, illico proprijs manibus violentum vomitum procurant, ac ipsi nauseam prouocant. Quod ego nusquã æquo animo passus sum, vt profelyti nostri in tota vita sua suillas carnes, in secta sua prohibitas vel summis labijs nõ contingant: ob què ritum valdè suspecti sunt de ablegata Christi fide, qui sibi id omne licere credunt: cum nemo illis ob tantũ crimen succèseat. Nisi forsan apud iudices fidei maiores (vt olim Iudæi apud Regem) hac de caussa excusentur, quòd talibus carnibus laesitum stomachus, quia illis nunquã vescitur, nauseam prouocet, digestionem renuat, carnes fastidiat, & cotidiano victu refici melius eligat viliori, quam isto infuso, & insipido. Mihi quidem hoc nõ fit verisimile, atque ipsis commentum placet, vt quod falsa facit regio eorum, in laesitum stomachum causam, & culpam referant. Quod officiosum sibi mendaciam indè palam agnoscitur, quod si interim à sua superstitione non retrahantur, carnes istas pro alijs degustant, & earum sapore, gustumque mirantur. Vnde velim summopere, vt tam catholico nostro Philippo, quàm fidei publicis censoribus illud in gratiam istorum profelytorum decernendũ arrideret, quod publicè intimari debuisset, vt si ex Iudaismo, vel ex secta Mahometana oriundus, his suillis carnibus non vteretur, vel Iudaismi, vel commenti Mahometani reus iam haberetur, & certa punitione dignus.

Hoc

Hoc dixerim propter eos, qui cibos fallò infamant, & in suum caput mentiuntur, ne suam ementitam legem contemptui habeant. Ut igitur de hæresi suspectos omnes istos aduenas ad iudiciũ vocet, monebo millies fidei censores eximios, & hortabor in Domino: quatenus illud apud me alta mente repositum iudicium sit, pueros istorum neochristianorum ad sanam mentem fore reuocandos, si viderint parentes suos carnes illas præ alijs lubentius degustare, veterum Christianorum consortia, & cõmercia non abhorrere, eorum actis, & pijs operibus interesse, neque à cætu fidelium in nullo casu, aut euentu sese subtrahere, quod & paruulis, & grandeis in fide firmis valde ex vsu esset. Nam si olim Arabica traditio tam filios, quàm aliquot eorum parentes ( si quidem de omnibus non facio iudicium ) à fide catholica alienos fecit, at nunc potiori iure sincera euangelij doctrina, fideliter à suis parochis tradita, eos omnes in sancta religione constantes, & viua charitate feruentiores reddet. Quòd si istorum animalium interdictio non lege lata, vel antiqua traditione, sed ( vt olim apud Persas inoleuit consuetudo ) suillas carnes non gustandi, quia animalis sordidi, & nociui erant, parum profectò curassem, si profelyti nostri talem traditionem penes se retinerent. Sed video hac in re adeò superstitioniosiores, vt eam ob legem à Mahomede latã æquè omnes obseruent post mille annos transactos suæ conuersionis: quã vt impunè adimplèt, ita eadẽ teneri cõctis reuelare iam audent. Sed, vt credo, digito superposito labia sua compescent, si pœnam subeant à patribus fidei censoribus iuridicè latam: Qua resipiscentes finem his superstitionibus super ciborum delectu imponent, ac melius de hinc

*Doct. Arias  
index fidei a-  
postolicus pro  
Moriscis Gra-  
natisibus id  
asseuerabat :  
et ob hoc tãtũ  
crimẽ puniẽ  
dos esse tam-  
quã in fide su-  
spectos, sal-  
tim de vehe-  
mẽti suspicẽ.*

*Persæ non e-  
dũt porcinas  
carnes, vt his-  
torici tradũt*

*In actione  
Granatēsi. c.  
9. habitā dē Ca  
rolo. V. impe  
ratoris anno.  
1526.*

sapient. Insuper à laica potestate cogēdi veniunt isti neo christiani, ne lanij fiant, vt lege caurum est, neue anima lia quātumuis parua decollare audeant, ne inuocato numine Mahomedi ritum in secta sua iniunctum peragāt. Sed circa vini potationem audio iam aliquot ex illis, qui post sponsonē in baprismo factam, ratione paternæ traditionis, vel mandati in illa renūciata secta contenti, ab eodem sese abstinēbant, iam immoderatus quā licuerat

*Vinū fuerat  
prohibitū Le  
uit. 10.*

vino vtī, vel potius abuti: Ab illis nunc quæram, cur suillis carnibus non vescantur, cum in vini prohibitionē dispensandi rationem inuenerint? Nescio quid dicent: vnū autem certò scio præ inuidia vinum liberè potantium,

*Ad Colossen.  
2. locus est in  
signis pro hac  
materia.*

Mahomedum, cui vinum bibere denegatū erat ob morbum comitalem, quo sæpius vexabatur, legem illam tulisse. Quare velim profelytos istos æque carnibus omnium, & vino modico vtī, ne esca, vel potus eos à Christianis viris dijudicet: quod illis valdè iniurium esset. Sed interrogatus Mahomedus à suis, cur vini fecisset talem prohibitionem in suorum damnum, dixisse fertur, vt sui

*In Alchora  
no azora. 9.*

Mauri sobrij orarent, quod ipsi carnalibus actis implicati nihil minus faciunt. Sed ex illis qui apud nos nati, & in Christiana religione enutriti sunt, quamuis suillis carnibus, & vino moderatè vtantur, sobriam mentem, & spiritus feruorem ad Christi legem implendam, in Christo velim, ne illis cibi superabundantis nausea, & vini, nisi somno accepto decoctio fiat, vomitus subsequatur. Quare his omnibus, qui vinolentijs, comeffationibus, ebrietatibus indulgent, quasi bruta animalia suo ventri obedientia: vt sobri sint in fide, & vigilantes, ne leo rugiens diabolus eos deuoret: Cum diuo Petro monebo; cum apostolo,

*Ita docet D.  
Hieron. in e  
pistola ad Ne  
poti. c. 14.*

1. Petri. 3. Ad Ephes. 5. Ad Rom. 13. nolite inebriari vino in quo est luxuria, vel millies hortabor;

*1. Petri. 3.  
Ad Ephes. 5.  
Ad Rom. 13.*

10, nolite inebriari vino in quo est luxuria, vel millies hortabor;

tabor;

labor: Cum Osea vate, *vt ad cor redeant, semel vt capi lo-*  
*quar, fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor.* Quæ  
loca perdocti nostri parochi percurrent, & lectionem  
ad nostros profelytos habentes, vt gratias Deo patri in  
nomine domini nostri Iesu Christi pro sua vocatione  
agant, cum illis benignius differant: vt abiurato iam Ma  
homedo cum suis obscænis operibus, ad Deum ex ani  
mo conuertantur. In Christo autem exultantes nec in  
cibo, vel potu, neque in alijs ritibus falsæ religionis, Ma  
homedo sectarij iudicabuntur: sed è contra pij, catholi  
cique viri, in fide stabiles, & charitate feruidi: Et vt ta  
les à suis parochis euocati ad Christi mensam, & sacra  
mentorum receptionem digni sedebunt, & dulciora po  
cula, & suauiora super mel & fauum condimenta, sub il  
lis Mosaicæ legis figuris latentia, corde simul & ore gu  
stabunt, & eisdem cum Christo in æternum, & ultra per  
fuerunt.

*Osea. 4.*

*Ad Coloss. 2.*

*1. Ad Cor. 8.*

COLLECTANEA

Septimæ Catechesis.

1. Prior esca primos nostros parentes inescavit, & nos  
etiam eiusdem peccati reos effecit: cuius ratio reddi  
tur in *ve sensu.*
2. Esca diiudicare valet hominem catholicum, vel al  
terius religionis: falsa professorem.
3. Christiani viri in cibo & potu, sicut in fide, omnes  
concordare debent: neque ab aliquo cibo nisi ob

conscientiam sese abstinebunt.

- 4 D. Paulus Gentiles, & Iudæos circa delectū ciborum cōcordat: de sumptione autē ciborum facienda iuxta conscientiam vniuscuiusq; multa tradit.
- 5 Sanguis animalium, & suffocatum ab apostolis pro tēpo re fuere interdicta Iudæis, & gētilibus propter scandalū: quo cessante, & prohibitio cessauit.
- 6 Lex Leuitici de animalium prohibitionē in vero sensu literalī, in priori historico fundato, latius explicatur.
- 7 Ridicula prohibitio animalium non comestibiliū demonstratur, quæ facta est à Mahomede in gratiam suorū, & Iudæorū sibi adherentium.
- 8 Concilij Toletani octauū decretū pro Iudæis porcinas carnes nō gustatibus latius explicatur.
- 9 Porcinas carnes & vinū, qui ex profelytis istis abhorrent, in fide habentur suspecti, & vt tales puniēdi veniunt.
- 10 Sacri Arcopagi indices hanc causam notæ superstitionis ad se aduocare debuissent; quæ ad sanctum illud tribunal spectat.
- 11 Qui non traditione maiorum, vel superstitione legis ratione porcinas carnes non gustat, nullius culpæ sit conscius.
- 12 Profelyti ex ista secta lanij officium ne exequantur, lege cautū est: ne in ritus Mahometanos incidant.
- 13 Profelytos istos sobrios esse in fide oportet, & cibo, & potu: vt dignè ad Christi mensam accedant.

C A T E.

## C A T E C H E S I S

## OCTAVA, DE COMMVNIONE

cum Sarracenis interdicenda.

*Lectio subinfertur ex dicto Pauli ad Gal. 1. Miror, quòd sic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi in aliud euangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt subuertere euangelium Christi.*



**D**V M oblata sibi pericula apostolus cõnumerat cum Corinthijs locutus, illud vnum recenset, à falsis fratribus proueniens, qui suo spiritu agitati, diabolico inquam, dum suis fratribus nocent, dum animalibus insidiantur, dum corporibus mille damna inferunt, obsequium sese prætare Deo arbitrantur. Qui vt sunt sibi subdoli, operarij iniquitatis, sub tenebris enutriti, venientibus ad lucem vel inuident, vel detrectãt, vel dente plusquã Theonino rodunt, ignorantes Dei tonantis consilium, quod nemo nouit nisi ipse, volentes Dei iudicium peruertere, & suum statuere: Hi nimiru. Deum tonantem audiant, ad Iobum locutum. *Quis potest resistere vultui meo? quis ante dedit mihi, & retribuetur? omnia que sub cælo sunt, mea sunt, non parui am ei, & verbis potentibus, & ad deprecandum compositi.* His auditis potuissent. si falsi fratres, si vellent mitius agere cum suis fratribus: immò amplius cum illis, si Deus dedisset, consilium mutare: quod!

2. Ad Cor. 11

Ca. 41.

*Octava Catechesis,*

sapientis viri officium est: quos orabo plurimum, ut pellem lupinam cum suis moribus mutant, ad mentem redeant, luci approximent, venientem hominem in hunc mundum illuminanti, ac desinant suis maledicere, maledicta ne agnoscat sua. Sed interim dum discutiunt tantam rem, ac de consilio mutando cogitant, ad fratres suorum calumnijs implicitos, gradum referam, & eorum insipientiam redarguendo dicam cum Apostolo, *Miror, quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud evangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos turbant, & volunt subvertere evangelium Christi.* Casus Galatarum in occulto esse non possunt: praesertim apud fideles, qui de illis, vel millies audierunt. Subuersi namque fuerant Galatae a pseudoapostolis, predicantibus eis carnalem legis obseruationem, ita ut illorum sententijs assensum, verbo, & fauore (ne dum opere) libenter praerent, ac denique circumcisionem & sabbatum, neomenias, quoque & caetera huiusmodi obseruare vellent. Nam praedicti se ductores multis modis suadebant eis carnales istas obseruantias, dicentes, fidem Christi non posse sufficere ad plenam iustificationem, & salutem, nisi ex antiquo more seruaretur. Quod ideo facilius suadere potuerunt, quia Petrus, & caeteri apostoli, qui cum domino fuerant, permiserunt ad tempus primitiuam ecclesiam Iudaizare, ne scandalum Iudaeis facerent. Neque enim innox potuerunt Iudaismum destruere, sed paulatim ad veritatis sinceritatem Iudaeos conuerterunt: quia si in primo aditu omnes ritus illorum inciperent destruere, potius fidem abhorrerent quam susciperent. Paulus vero, quia gentibus nullum ritum Moysae legis habentibus praedicabat, discipulos suos nullatenus Iudaizare sinebat: & suos Galatas, qui

*Locus Paulinus exponitur.*

*Actoru. 13.  
& 15.  
16. & Galat. 1.*

*Prædicatio D. Pauli qualis aliorum apostolorum.*

quī ex gentibus, & non ex circuncisic ne erant, demira-  
tus, redarguere incipit, quia pseudo apostolorum falsita-  
ti sine aliqua ratione animum applicabant. Mētes enim  
duræ nisi aperta essent increpatione percussæ, nullo mo-  
do malum cognoscerent, quod egissent. Ab illa itaque  
admiratione, quia magna dicturus exordiū sumpsit apo-  
stolus. Miror, quod vos prius in fide, & bonis operibus in-  
stituti, nunc ita temerè, & incautè trāsferimini à noua li-  
bertate ad antiquam seruitutem: & tam breui tēporis spa-  
tio, q̄ magis mihi mirandū, & de vobis malè sentiendum  
iudicē. Transferimini, inquā, & hoc non à malo ad bonū,  
sed à bono ad malū: quoniā à Deo patre, qui vos vocauit  
in gratiā Christi, quæ in omnes remissionē peccatorū, &  
plenā iustificationē operatur, vos trāsferri vultis, in aliud  
euangeliū, q̄ non est bonū nuncium, sed falsū, perni-  
ciosūq; dogma, ab ipsa veritate alienum, q̄ sic ostendā.  
Christi enim euangelium, quod vobis prædicauī vnū  
est tantum: at pseudo: apostolorū huic est cōtrarium, est  
igitur hoc contemnendum, & meum à vobis nunquam  
differendum. Bona quidem est Pauli argumentatio, sed  
cōmendatione aliqua indiget, quam præmiserat, dū se  
Christi Apostolum, Christi etiā seruū nuncupauit, & de  
suo euāgelio statim intulit, *Notū enim vobis facio, fratres,*  
*euangeliū, quod euangelizatū est à me, quia nō est secundū homi-*  
*nem, neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed per re-*  
*uelationem Iesu Christi.* Quid clarius, aut nobilius de Pau-  
li euāgelio iam dici potuit, quā illud cōtēsti reuelatione  
per Christū facta cunctis fidelibus constare, quem pater  
æternus non tantū vt redemptorem, sed vt legislatorem  
misisit in mundum, sicut fidelis ipse repromisserat per  
Isaiā dicentem, *Nō faciet Dñs auolare à te vltra doctore tuū,*

*De aucteri-  
tate euangel.  
vi. Arnaldū.  
q. 21. per mul-  
tos. §. in prin-  
cipio.*

*Isai. 30.*



## O<sup>ct</sup>ava Catechesis,

*Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tue audient verbum post tergum monentis: Hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Pœnam autem declinantibus describit primus omnium Evangelista Ioannes, ad calcem suæ reuelationis hanc sententiam pro colophone addens, *Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto, & si quis dimisserit, vel diminuerit de verbis libri huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimonium perhibet isto rum.* Ecce Mahomedi perfidiam: qui postquã de Christi Euãgelio multa audierat à multis, factus pseudoapostolus, tam eos qui crediderant, quam reliquos non credentes, ad suum vocavit euangelium, sic enim suam sectam vocat. Ait enim præ philautia, Christi apostolos, & præcipuè Paulum verum Christi euangelium corrupisse, & à vero illius sensu aberrasse: se verò affectum fuisse certum euangelij sensum: Quibus verbis vnum esse tantum euangelium cum Paulo sentit, sed de illius intellectu toto errat cœlo Mahomedus: cùm ex euangelio necdum vocis etymologiam, quanto magis sensum non valuerit percipere homo indoctus, & iudicij impos.

Apoc. 22.

*Error Mahomedi in Alchor. azora.*

12.

*Vnum euãg. Mahomedus admittit in Alchor. azo.*

12.

1. Ad Cor. 3.

*Ego sum Pauli, alius autem ego sum Apollo, non ne homines estis? quid igitur est Apollo? quid vero Paulus?*

*ministri*

ministri eius cui credidistis, & unicuique sicut Dominus dedit. Ego plantaui: Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Qui autem plantat, & qui rigat, vnum sunt: vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Sed interrogemus Paulum quale sit euangelium quod prædicat, dicet nobis. Vnum corpus, vnus spiritus estis, sicut vocati estis in vna specie vocationis vestræ, vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, & pater omnium. Nunquid tale est Mahomedi dogma? Referam ex illo quale sit, sic enim habet in suo Alchorano, in latinum sermonem verso, in quo Deum ad suos loquentem introducit. Christum Mariæ filium, cui cōmissimus euangelium, quod est bonum, & confirmatio testamēti, & castigatio, ac recta via timentibus Deum, & vestrę legis complementum, misimus. Tu igitur secundum ipsum inter eos discussurus, nequaquam eorum velle, sed solum veritatem amplectere, cum sua quisque poena posita sit à nobis, & iudicia. Sciendum quidem Deum sibi placuisset, omnes gentes vnum effecisse: sed scire quærere, quid de suis mandatis quisque proficiat. Hæc Mahomedus demens: & addit illico, sit igitur intentio vestra semper benefacere, cum ad Deum vestras lites, cōstrouersiasque discussurum, omnes redibitis, qui vos iudicabit iuste, omnium iudex delectus. Ecce Mahomedi dogma falsum, euangelium ab eo nūcupatum, quod est cōplementum totius veritatis. Quod qui sequuntur, (ait ille æquè saluatur, sicut reliqui sub varijs sectis religionē suā protestantibus:) nā quilibet suo iudicio saluatur in sua secta. Oridiculū caput, si euangelium affert, cur sectas admittit? si veritatē fatetur, cur illā tāto mendacio cōmiscet? Si vnū est tantū euangelium, cur

Ad Ephes. 4.

In Alchorā.  
azor. 12.

Error Mahomedi approbātis sectarū varietatem.

Octava Catechesis,

De hoc errore lege Arnaldum. q. 2. 2. §. 40. & Turve cremata. lib. 1. Summa de ecclesi. c. 21. & Castro. li. 9. aduersus hereses verbo, lex. heres. 3.

non omnes ad illius obseruationē aduocat. Huiusmodi est cōmentum Mahometanū, vanum, futile, ac ridēdum prorsus, nam vt totus occupatus erat in operibus carnis, dum ad sua promulganda mendacia, quasi ex Sibyllino antro exhibat, nec ipse sibi cōstabat, sed in cōtraria studia statis diebus (prout dæmon suggerebat) medius scindebatur. Sectarū enim approbatio quid aliud est, nisi dæmonum inuentum, apertumq; mendaciū, ab idololatrīs, barbariq; hominibus susceptū? dæmon autem vt à Deo diuisus est, ita ab eo præ innata inuidia nititur omnes auertere, atq; pro hac auersione non paucos, nec pigros ministros habet. Nam Mahometani omnes profelytis ex illa secta ex æquo insidiātur, sicut Iudæi perfidi suis neophytis, quos omnes grauis pœna manet si profelytū, vel neophytum à suscepta fide deficere tentauerint, sed grauior multo in inferis erit. Ideo huius criminis auctores moneo, moneboq; crebrius, vt Syrenū scopulos fugientes, à dæmoniācis suggestionibus seipos cohibeant, & suorū fratrū exemplo ad Deū trinū & vnum sese conuertant: qui, vt pius est, ac misericors, eorum corda millies in horra pulsat, vt sibi aperiant, in traturo ad illos, & cum illis cœnatura: sin minus fecerint, audiant pœnā eos manentem concilij Toletani sub hac forma decreti. *Iudæi ad fidē conuersi cum remanentibus in veteri ritu non cōmunicent: nulla cōmunio sit Hebreis ad fidem Christianam translatis cum his qui adhuc in veteri ritu cōsistunt, ne eorū participatione subuertantur. Quicumq; hoc non seruauerint, & hi Christianis donentur, & illi quibus cum prohibitū est conuersari publicis cædibus deputentur.* Sed quia in dubiū verti poterat ve altero coniuge infidelis & eius filijs, an separandi essent, & filij tradendi fideli parenti, decernit ita conciliū, vt Iudæus ab

Cōcil. Tolet. 4. canon. 62. cui consonat canon. 19. cōcilij. 4. Aurelianensis.

uxore

vixore fidei separetur nisi ad fidem accesserit, filij autem fidei matri tradantur. Decretū nōc habet. *Judai, qui Christianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab episcopo ciuitatis illius, vt si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur, quòd si admoniti noluerint, separentur. Filij autem qui ex talibus nati sunt, fidem, atq; conditionem matris sequantur: similiter & alij qui procreati sunt de infidelibus mulieribus, & fidelibus viris Christianam religionem sequantur, non Iudaicam superstitionem.* Tempore autem huius decreti cessauerat illa D. Pauli dispensatio pro illo tempore necessaria, & in fauorem Corinthiorum facta, ad quos sic fuit locutus, *Si quis frater vxorē habet infidelem, et hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam, & si quæ mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum: quia infidelis per fidelem saluabitur.* Initio enim nascentis ecclesiæ paulatim infideles à fidelibus, non coacti, sed spontanei ad fidem trahebantur: at nunc in nouissimis, ac malis temporibus *modicū fermentum totā massam corrumpit: & vnius perfidi hominis exemplum, quamuis de fæce, & de plebe sit homo ille, plurimos in inferni præcipitium trahit.* Atque hoc opus iam inceptum cum Grænatensibus in regna Castellæ nuper translatis, (post pacatam ciuilem rebellionem, quam cæci in sua capita tentarunt sub finem anni sexagesimi octaui) nostri plebani feliciter absoluent: nec ab eo desistent, donec colophonem addentes æterni præmij coronam mereantur accipere. Audio enim, immò video conuersationem eorum bonam in Christianismo, ac benè initam cum Christianis antiquis familiaritatem, qua diuino rumine proficiunt in melius, & cotidie (ni fallor) magis proficient: cum spiritus cœlestis nemini detur ad mensuram, sed

Decretū. 61.  
cōc. 4. Tolet.  
idē in cap. ex  
luteris de con  
uers. cōiuga.  
& l. 1. Cod.  
de iud. & cœ  
licolis. c. ne  
quis Christia  
nā mulierem  
quod est triū  
Imperatorū.  
1. Ad Cor. 7

Ad Gal. 5.

Octava Catechesis,

*Ley del rey* sed augmentum in dies suscipiat, cum debita inest dispo-  
*ñã tuã, en So* sitio. Quibus si forsan (dæmone pulsante corda eorum)  
*ria, año de* à Deo retrocedere, & in ruinam sese dare libeat, iterum  
*1418. y esta* de subeundis ab eis pœnis grauioribus certiores reddã.  
*en la nuena* Ea enim fuit in hac parte Hispanorum regum zelotypia  
*recopilac. li.* pro conseruatione fidei catholicæ, vt ab ea profilire au-  
*1. tit. 1. de la* dentibus, mortem, infamiam, bonorumque suorum in-  
*santa Fe ca-* tegram multam, in suis legibus contentam, acrius mi-  
*tholica. Y los* narentur. Vndè Dominus Ioannes huius nominis pri-  
*reyes catholi* mus apud suam Numantiam legem ædidit in Hispano  
*cosponẽ pena* idiomate, sub hac serie verborum. *Mandamos que ellos, y*  
*de muerte y los que afsi tornaren a su ley, sean nuestrs captiuos, para que*  
*perdimiento* mandemos hazer dellos lo que fuere nuestra merced. Nam  
*de vienes a* subuersores in malam crucem rapiuntur, at subuersi, ni  
*los tales: pra-* pœnitentiam ex animo acceptent, pœnis hæreticorum  
*gmatica en* subiacebunt: & hoc intelligitur sub illis verbis, vt de illis  
*Granada, a-* iuxta nostrum beneplacitum fiat. Vt patet in toto titulo  
*ño de 1501.* de hæreticis libro sexto, & in noua legum Recopilatio-  
*L. nullus C.* ne: libro octauo. tit. 3. de hæreticis, & recõciliatis. Aliud  
*desum. Trin.* subinde eisdẽ testari velim, vt salui sint nostro profeliti,  
*et fid. cath. et* ne cum hæreticis, vel Mauris nuper ad fidem conuersis,  
*alijs legibus* quos ipsi Gazis, id est, oduenas ad fidem vocant, commu-  
*ibidẽ. §. obfti* nionem, vel familiaritatem quærant, quod illis legibus  
*natoris, et in* multis præcauendum decernitur: ne eorum cõuersione  
*noua recopil.* subuertantur. Nã vt habet Apostolus ad Corinthios scri-  
*l. 19. tit. 26.* bẽs *corrũpunt bonos mores colloquia praua.* Secus autẽ de Iu-  
*de pœnis.* dæis, quã de hæreticis lex iudicat, quia & ipsi legem à Do-  
*L. in Synago.* mino acceperũt, & hæretici nõ sunt. Odio enim sunt cũ  
*c. de Judæis et* ctis gentibus Iudæi omnes ob suam notã perfidiã: deoq;  
*coelicolis.* ab illis faciendum profelytum nullus est qui timeat, nec  
*Ita. S. Tho. 2.* timere debeat: at è contra sermo hæreticorum vt cancer  
*2. q. 10. ar. 9.* serpit,

ferpit, inficitque quoscumque vel modicum si tetigerit.

Quos vitandos fore Apostolus iubet, dum suum Titum *Ad Tit. 3.*  
instruit: *hæreticum deuota post vnā & alteram correptionem,*  
*sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est.* Dabunt igitur *Cura plebano*  
operam docti, ac pij plebani, vt in suis subditis schisma- *rū in hac par*  
ta non audiantur, nec sectę pestilentes, nec hæreses pul- *se est necessa*  
lulantes: sed vt omnes vnum sapiant Christum, & vni *ria.*

ecclesię catholicę sponsę eius sint associati. Pro eo au-  
tẽm quod idem sapiant in Christo, & idem dicant quod  
reliqui conciuēs, laude dignierunt: ita collaudata à pasto-  
ribus eorum fide, & confessiōe, virtus laudata crescet,  
& immensum glorię calcar habebit. Vnde, ad habendas  
Deo gratias, qui eos ad Christi gloriã, & hæreditatem  
pro sua misericordia vocauit, dicent parochi cum apos- *Ad Thesal.*

tolo: *Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere* 3.

*re pro vobis in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante*  
*Deum nostrum nocte, ac die, abundantius orantes, vt compleamur*  
*ea quę desunt fidei vestrę, ad confirmãda corda vestra sine*  
*querela, in sanctitate, ante Deum, & patrem nostrum, in aduen-*  
*tu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius.* Ea au-

tẽm quę desunt fidei eorum in dies pro suo captu pleba-  
ni adducent, ac perindẽ conciuēs, & vicini eorum vete-  
res discipuli in schola Christi, & apostolorum eius: nam  
omnium fratrum operam desiderãtes efflagitamus hoc  
pium opus ab illis: vt quorum fides est vna, & conuersa-  
tio cum Christo, & lęge ipsius mutua sit. Nam ob id eos  
cum bonis, ac pijs viris conuersari oportebit, vt eorum  
exemplo in viam redeant, & peruersa opera caueant:

quorum virtute, & constantia in rebus fidei ad vitę per- *De hoc paten*  
fectionẽ prouehentur, id ipsum sapientes omnes. Quan *Castrolib. 2.*  
tum autem nocere possint pessimi mores perfidorum, *de insti. hære*  
vel *ti. punit. c. 8.*

*Octava Catechesis,*

vel hæreticorū his qui sunt in fide infirmī, sacra scriptura multis in locis cōprobat. *Qui cū sapientibus graditur* (ait Salomon) *Sapiens erit; amicus stultorum similis efficietur.* Et idem alibi sub certa similitudine, hoc confirmat, dicens, *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea; & qui cōmunicauerit su perbo induet superbiam.* Cui consonat regij vatis dictū celebre. *Cum sancto sanctus eris, & cum perverso peruerteris.* Si enim conuersatio bonorum bonis & malis solet proficere, multò magis obesse poterit, cū corruptis hominib⁹ mutua cōmunicatio: cū natura nostra peccato infecta, & infirma, ad malum pronasit. At uerò quali prudentia, & ratione, in istis aduenis corrigendis, retrahendisque à suis vanis ritibus, & suæ sectæ cæremonijs nullā prorsus rem adumbrantibus, vt oporteat, hoc prudentiæ, & discretioni suorum parochorum relinquitur, qui cum veteres christicolas ad hoc ministerium, quasi cooperatores suos, vocare debeant, eos omnes attentos valde reddent ad hoc opus eximiæ laudis, & charitatis; eosque de his ritibus, nost. am religionem denigrantibus, ad vnguē informabunt, vt vel corripere, vel illis succensere, vel denique apud suos parochos, & iudices fidei incusare discant. Ipsi namq; conciuēs postquā fratres suos profelytos, perfidi, obscœniq; Mahomedi obliuisci fecerint,

*Prorū. 13.*

*Eccl. 13.*

*Psal. 17.*

*Veteres Christi  
iani mini-  
stricia sunt  
huius cate-  
chismi.*

*Quæst. exami-  
natur, vtrū  
expediat Gra-  
natensis Mo-  
niscos ad it-  
lud. regnum  
redire: au-  
Et or negati-  
uè. Respōdet.*

(quod vt spero ad gloriam sui nominis Dominus dabit) eos omnes ad Christū Iesum, qui est salus, & redemptio nostra, & legis cōsummatio, & opere, & verbo manu-  
cent. Quibus si vel ad horam vnā concessum esset ad o-  
ptatos Granatenses lares redire, & Mediterraneū mare à  
longè aspicere, & amicas domus. & amēnos hortos vel à  
limine salutare, illic suorum Aphrorū colloquia mutua  
appetent, quibus cum in memoriam citius reuocabunt

*singula*

-singula Mahomedi dogmata, quæ ab illis posteriori mā-  
tica mādata fuerāt: nā vt est in prouerbio, qui benè sese  
diligūt à lōgè aspicientes semetipfos saluere iubēt. Pro-  
indè si nostris profelyis fratres suos, amicos, & propin-  
quos, qui in posteriori ciuili rebellionē à fide deficientes  
Aphricanis oris allapfi fuerāt, à lōgè salutare liceret, ab  
eis suas salutes ritu Mahometico in vnus noctis spatio,  
reciprocas quidē acciperent: dabiturq; omnibus liberè  
os ad os loqui, & regnū illud iam pacatū in nouas turbas,  
& clancularia homicidia, rta, rapinas, incendia, sacrile-  
gia, malaq; omnia conijcere, vt olim in priuata regni  
feditioe, sub annum sexagesimum octauū exorta, eis-  
dem absq; licentia licuit. Quæ omnia Mauri illi nuper  
à christiana religione exoluti, sine dubio tētābunt: præ-  
fertim fratribus suis à condigno exilio reuocatis eisdem  
suppetias ferentibus: quos intra secretas domus, immò  
secretiora corda recipient, fouebuntq;e, quoties ad  
eos diuerterint. Nec loci parua distantia illos remora-  
bitur, qui totius regni semitas, & obliquos tramites,  
quasi Algerij, & Fecenij publicos calles, millies ab eis  
calcatos, & christianorum effuso sanguine tinctos, iam  
diu norunt: & in illis nota sua vestigia quasi olfacien-  
tes canes agnoscunt. Quod certo præfagio: euentu-  
rum omnes Granatenfes nobiscum sentiunt, & à nemi-  
ne in dubium reuocatur. Quod si Granatenfes anti-  
qui ciues grauitè nunc ferunt suum lucrum cessans, &  
damnum emergens è suis possessionibus, hortis, ruri-  
bus, terrisque irriguis malè cultis, quia pereuntibus Mo-  
risicis cultoribus terra sit veluti in solitudinem redacta,  
& ob id instantius current, vt à nostro Philippo à tanto  
exilio iam nunc reuocētur; cum id sibi iure denegatum,

*Quod non si-  
ceat cum infi-  
delibus com-  
municare  
prob. at. S. Th.  
2. 2. q. 10.  
art. 9.*

(prouit



*Octava Catechesis,*

*Responsum da*  
*tū a senatore*  
*gio magnacū*  
*ratione exuli*  
*bus Granat.*

(prout semper denegandum cenſeo) ſupremi ſenatus re  
gij decreto fuerit, hæc ſibi pro ſolatio reliqua ſunt, quæ  
breuius perſtringam in eorum gratiam: tum quod re-  
gnum illud perfidis Mauris, & pernicioſis hæreticis libe-  
rum manſit: quòd incolis Granatensibus diu, ac noctu  
circumire liceat: & abſque vllò periculo vitæ inſidian-  
tium, cum fratribus ſuis etiam Alpuxarras ſalebrosas co-  
lentibus liberè negotiari: & nouorū fructuū, ſericijq; opi-  
ficij cōtractus inire: tum etiam quod in publicam pacē,  
& quietem regnum illud vaſtum, amplumq; à tanto Phi-  
lippo breuiter ſit reſtitutum, qui & ſubiectis parcere, &  
ſuperbos eorum debellare, patria ſua virtute valuit, va-  
lebitque ſemper, dum vitalis hæc aura ſuos artus rexe-  
rit. Si vero nobis Granatenſes ciues ſuccenſeant, quod  
ſuis priuatis commodis oppoſitus videar hac in parte, il-  
lis reſponſa dabimus, nos iſtorum naturalium ciuū ope-  
ram vtiliſſimam fore arbitrari: cum arte ſua. & industria  
aratro terrā ſcindunt: hortos irriguos ex incultis faciūt:  
ter, quaterque in anno fructus ex terra bene culta perci-  
piunt: annuoſq; cenſus ſuis dominis adauctos reddunt.  
Has verò temporarias commoditates bonis illis ſpiritua-  
libus per ordinem à nobis cōnumeratis nō eſſe antepo-  
nendas: immò nec æqui parandas. Qui ſi ſuam tantū vt  
litem venari exoptant, ex Chriſti lege, & fraterna cha-  
ritate ſuorum proximorum ſpirituali ſaluti attentiores  
eſſe debent, potiùs quã ſuæ corporali: vt pro noſtro theo-  
logico munere ſententiam in hac cauſa dicamus. Quo  
à nobis reſponſo accepto, vt à quæſtione iſta ampliùs cō-  
trouertendæ animam retrahant, conſilium, nec petitum,  
nec ab illis æſtimandum, feram: ne apud ſuum Philippū,  
& pios quoſque fidei catholicæ æmulatores, vt ceperūt,  
malè

malè iam audiant. Hæc pro naturalibus ciuibus Grana-  
tenſibus, nunc pro Valentinis, quæ reſtant à nobis dicen-  
da breui oratione curabo perſtringere. De quorum ſalu-  
te quamuis omnes ſuos animos deſpondeant, ego num-  
quam meum deſpōdebo, dum modò medici ſpirituales  
eorum, & qui poteſtatē exercent ſuper eos, ſalubria phar-  
maca à nobis notanda propinent: cū Dei voluntatem,  
& potentiam erga ſalutem hominum diuus Lucas: ex-  
tollat dicens, *Potens eſt Deus ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios*  
*Abrahæ*, qui tanti patris fidem æmulentur. Tria autem  
à principibus, & poteſtatibus, quibus ſubduntur, curan-  
da velim. Primum iam protuli, dum de Algarabia, & Ara-  
bico habitu, relegandis, diſputationem cōmodam texui:  
alterum dicam, ſi dicere ſatis ſit: vt cum Sarracenis Alge-  
rienſibus, & Fecenis, vicinis ſuis, quibus cum liberè nūc,  
impuneque conuerſantur, (prout in ore eſt omni popu-  
lo) cōmercia, & colloquia mutua omninò deuitēt, ab  
oris marinis totius regni Valentini protinus diuellātur:  
Quod ni inſtantius fiat, & in comitijs illius regni gene-  
ralibus à catholico noſtro Philippo properè exequendū  
mandetur, iam Algerij prorex eos omnes, vt nupet Xa-  
riuenſes, ad ſe aduocauit, & in ſuis triremibus veſtis, le-  
ges, & iudicia feret. Iam que facti concives ſuorum fra-  
trum in illo, vel altero Aphricano regno, ſuo Mahome-  
do libamina prima facient: prout nunc ſecretiori cultu  
eidem parentare ſunt ſoliti, iuxta rumorem ſparſum.  
Tertium tandem illis euenire exopto, vt ab illo mari pa-  
rumper dimotis, re ſua, & ſuppelectili non ad modū cur-  
ſeta ſalua, (in expectatis votis dominorum temporalium  
villarum, vel vicorum, qui ſuis tantum commoditatibus  
prouidere ſtudent,) cū veteranis chriſticclis rē habeant,

*Luca. 3.*

*Pro rex Al-  
gerieſis. an-  
no elapſo.*

*1583. Nati-  
uēſes Alge-  
riū vsq; per-  
duxit.*

*Loco iſtorū  
Chriſtiani ve-  
teres erunt  
ſuſtituēdi, q̄  
cedet in ma-  
ius bonū do-  
minum.*

## Octaua Catechesis,

&inter eos vt hospites, & adueng, immò melius dixerim  
*Vt ciues sanctorum, & domestici Dei*, ex charitate recipiã-  
tur, & intra pia sua viscera foueantur; quorum exemplo  
ad omnia perfectæ charitatis, & fraternitatis munera in  
hoc tempore suæ salutis acceptabili reuocentur. Vehem-  
enter enim eorum salutem spiritualē sitio, prout Chri-  
stus sitiendi copiam mihi fecit, & eam sollicitus inquirō,  
nec cesso corda suorum principum, & aliarum omnium  
potestatum cotidie pulsare, donec eam dominus Deus,  
iuxta suam voluntatem, inuenire mihi dederit. *Quare*  
debita reuerentia, & ciuili respectu ad eos accedere non  
grauabor, prout cæpi, & loquar ad dominum meum re-  
gem Philippum, apud eos nunc temporis diuertentem,  
vt singula pro salute eorum prouideat, ac prouisa exequi  
mandet: pro quo in mille pericula, & labores coniecto,  
potius suorum saluti, quam suæ prouidenti, ad dominum  
cæli, & terræ conuersus orabo: ac bona omnia in hac vi-  
ta, & æternum gloriæ pondus tam catholico Philippo  
millies in hora precabor: quod sibi, & nobis de cælo  
Christus annuat.

## COLLECTANEA

### Octauæ Catechesis.

- 1 *Euangelium, quod D. Paulus prædicauit, à Christo  
accepit: at Mahomedus sectam suam, quam vocat  
euangelium ab ipso demone.*
- 2 *Error Mahomedi describitur, qui affirmat, Christi  
euangelium ab apostolis corruptum, ab ipso in vero  
sensu fuisse allatum.*

- 3 Error Mahomedi notatur, dicentis, Deum voluisse sectarum varietatem, ut qui bene viuerent, in singulis saluarentur.
- 4 Graue crimen est, transferre aliquem à Christianismo, vel ad legem Mosis, vel ad sectam Mahomedi: quod est punitione dignum.
- 5 Qui à Christo post baptismum prauaricator inuenitur, libertatē amittit: qui verò illū prauaricari fecit, publicis cædibus deputatur, iuxta decretum concilij. 4. Toletani.
- 6 Vir, siue vxor fidelis ab altero coniuge infideli separari debet, ne à fide subuertatur: filij verò patris fideli sunt tradēdi: nam cessauit omninò D. Pauli dispensatio in hac parte.
- 7 Qui à Christo defecit, nisi resipiscat, ut hæreticus punitur: & similiter Christianus qui, à fide deficiens, eum prauaricari fecit, maiori pœna mulctatur.
- 8 Communicatio cum hæreticis omninò Christianis interdicitur: sed non æquè cū Iudæis, nisi cū subuersionis periculum timetur.
- 9 Cura plebanorum magna erit cum suis profelytis, ut caueant ab hæreticis: ne ab eis seducti à fide deficiant.
- 10 Veteres Christicolæ plebanorū cooperatores sunt pro confirmandis in fide nostris profelytis suo verbo, & exemplo.

- 11 *Questio examinatur, an expediat exules Granatē-  
sis ad suos lares pro agrorum cultura redire: &  
probatur pars negatiua, quia bonū spirituale tem-  
porali est anteferendum.*
- 12 *Profelyti Valentini postquam Algarabiam, & ha-  
bitum Arabum exuerint, exulandi veniunt ab  
oris maritimis, & loco eorum Christiani substituend-  
di: illi verò intra christicolas recepti bonis eorū mo-  
ribus sese attemperabunt.*

C A T E-

# C A T E C H E S I S

## NONA, DE FACIENDO PRO-

felyto ex secta Mahometana.

*Lectio proponitur ex D. Paulo. 2. ad Corinth. 6. Nolite (inquit) iugum ducere cum infidelibus. Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? aut quae societas luci ad tenebras? quae autem conuentio Christi ad Belial? aut quae pars fidei cum infidei? quis autem consensus templo Dei cum idolis.*

**I**N eam iam catechesin deuenimus, quæ Maurorum in sua stultitia permanētium vocationi, & cōuersioni subseruit. Igitur patienter nostri profelyti ferant, si suorū fratrū æquē vt suā salutē negotiamur, diuini spiritus flatu, & fauore ducti: *Sine quo non sumus sufficētes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, nam sufficie-ntia nostra ex Deo est.* Quod opus si feliciter nobis contingat, in hunc diuinum spiritum totum referemus, eidem gratiarū actionem tribuentes. Sed licet sectarij isti à Mahomede seducti, nos, nostraq; dogmata pijissima, ac verissima, districtis gladijs vehemēter insectentur, vt eorū patres, quorum primus est Mahomedus, faciendum iniunxerāt, talia mihi cogitanti accreuit animus, & communis pugne desiderium, nedum duelli, vt quòquò se mouerit aduersarius, gladio suo, vt de more habet, accinctus, nisi gloriam Deò dederit, feret incōmodū, captus erit nostris sermonibus, irretitusq; diuinis verbis. De hoc certus sum: sed magis velim eum ad Christum conuertim, quàm de

Nona catechesis,

sua secta dubium, vel vacillantem. Securus ergo in hanc  
aciem potui descendere: qui si me quasi lupum auribus  
teneat, suo magistro incantatori, ac proinde vanæ suæ se-  
ctæ æternam maculam inuram, siue recuset pugnam, si-  
ue eam lacesitus deposcat: nam in altero fugam adorna-  
bit, in altero verò suffocatus manebit. Sed timeo ne in-  
durato corde, obferata aure, obducto sensu, ne fidei no-  
stræ referata à nobis mysteria retineat, ad nos veniat, &  
pro ritu suo districto gladio ineundam pugnam fore, cla-  
mitet, aliàs tentandam recuset. Sed aures surdorum ape-  
rire, nêtes instigare, oculorum nebulas tollere, cæca cor-  
da illuminare Christo Iesu munus contigit à suo æterno  
patre demandatum: qui pro misericordia sua ineffabili, si  
sui beneplaciti æterna ratio exposcerit, in tēpore suum  
opus exequetur, & illis aures, nouaque corda ad audien-  
dum verbum Dei, nobis verò os linguam, verbaque, nō  
nostra sed sua tantum proferre dabit pius, potens, ac mi-  
sericors. Memor autē breuitatis meæ, operi tanto accin-  
ctus, cum Apostolo ad istas gentes in suo Sarracenismo  
detentas, opportunus, & importunus loquar. *Nolite in-  
gum ducere cum infidelibus:* id est, nolite illis coniungi, vel  
æquari: quia vestra pars Dominus est, non vanitas secta-  
riorum, vobis, & vestræ saluti repugnantium. Illis itaque  
pseudoapostolis, qui vos conturbant, & Christi euange-  
lium sinistrè interpretantur, ne sociari velitis, neque alijs  
in idolio recūbentibus. *Quæ enim participatio iustitiæ cum  
iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras?* Extorquet nega-  
tionē Apostolus: quasi dicat nullam esse, nec vllam æqui-  
parantiæ rationem: nemo enim simul potest esse iustus  
& iniustus, lucidus & tenebrosus: quia vnū cōtrariorum  
ponens reliquū excludit, iuxta Philosophum asserentē,

contra-

*Esai. 61.*

*Luca. 4.*

*Locus Pauli-  
nus libratur  
in suo sensu,  
iuxta D. Hiero-  
nimum.*

contrariorum eandem esse disciplinam. *Quæ autem conuen-  
tio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? pœnitus  
non possunt inter sese cõuenire cum sub nomine Belial,  
vel diabolium, vel idolum, vel deniq; Antichristũ sub no-  
mine istius idoli Paulus nominauerit. Qui tres cū Chri-  
sto bellum gerũt, suamque monomachiam, quanuis sæ-  
pius victi, exercere pertentãt, tam Christum principem  
lucis, quam suos lucidos milites, mille modis aggredi tẽ-  
tantes: sed victi succumbunt, & succubentes capita artol-  
lunt, si nocere amplius possint. Quis autem cõsensus templo  
Dei cū idolis? Idola vocat ipsos idololatrias falsa idola pro-  
dijs colentes, qui templa dæmonum sunt: sicut è contra-  
riõ iusti domus, vel sedes Dei dicuntur, in quibus septi-  
formis per dona sua habitat, neque suo domicilio semel  
conducto, nisi exclusus cum ignominia recedit. O vi-  
nam adsit nobis hic spiritus, non ad horam tantum, dum  
de Maurorum conuersione tractatum compilamus, sed  
cum manus miserimus ad eorũ opportunã catechesin,  
quæ cotidie nobis sese offeret, si tanti spiritus feruore, flã  
maque cœlesti fuerimus accensi. Hoc enim opus nõ est  
hominum, vnus volentis, & alterius currentis, sed solius  
Dei est. Neque enim in nostrapoteestate est vocatio, vel  
voluntas vocationi internæ consentiens, vel denique  
internæ inspirationis acceptatio: omnia ista à Deo sunt,  
qui dabit & velle, & perficere pro bona sua voluntate: Ho-  
minis hoc officium est non reluctari, non contradicere  
internæ motioni, non renuere vocanti, sed assensum præ-  
bere mouenti, prout dixerat Esaias. Dominus erigit manũ,  
manũ erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum: domi-  
nus Deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico, re-  
trorsum non abij. Dabit igitur Dominus hanc aurem.*

Diabolus Chri-  
stũ persequi-  
tur in mem-  
bris suis.

Peccatũ effe-  
ctiuè expellit  
gratiã. Ita S.  
Tho. 1. 2. q.  
13. ar. 6. &  
Caiet. ibidẽ.

Ad Rom. 9.

Esai. 50.



## Nona Catechesis,

ad audiendum tã internos, quã externos sermones suos, cunctis gentibus ad eum properantibus: & nobis armaturam suam, *Scutũ scilicet fidei, & gladium spiritus, quod est verbum Dei*, qua præmuniti ad stationem Sarracenorum

*Ad Ephes. 6.* *De fide no-* descendentes, cum illis prælium, & disputationem pro  
*stra nõ licet* confutanda sua secta feliciter conferemus. Accedat iam  
*disputare cũ* Gentilis, Scytha, Arabs, Maurus, Apher, religione Maho  
*insipientibus* medi ductus, seductusq;: à quo discamus primũ si audi  
*quod probat* re velit, an non: quòd si audire renuat religionis suæ caus  
*Arnaldus. q.* sa, non erit cũ illo agendum: sed orationi instandũ, vt ei-  
*13. §. 17. &* dem Deus aurem aperiat. Si verò (vt de pietate illa diui-  
*S. Tho. 2. 2.* na confidimus) aurem verbo cælesti accõmodauerit, de  
*q. 10. ar. 7.* sua rationali naturæ humanæ conditione, primo loco ve  
*Velle audire* nit interrogandus, si vt hominem ratione, & iudicio va-  
*donũ Dei est,* lentem, liberoq; arbitrio præditum decet, eodem vti ve-  
*ut habet. D.* lit. Si perneget, contra negantes tantum principium nõ  
*Aug. li. de ca* erit vltèrius arguendum. Quod si è contra ratione vta-  
*techizandis* tur, & discursu, hac tanta spe erecti, & quasi victoriam no  
*rudibus. c. 5.* bis promittentes, ad rationes conficiendas pro vanitate,  
*Deus dat cor* & mendacio suæ sectæ properabimus. In illis autem con-  
*ad audiendũ,* ficiendis Paulini consilij ad Timotheum habiti memo-  
*Deuter. 29.* res esse oportet: *Qui sic ait, Sollicite autem cura te ipsum*  
*Ioel. 3. &* *probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tra-*  
*Prouer. c. 21.* *Et tantam verbum veritatis. Et inferius paulò, Seruum autem*  
*domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, doc-*  
*2. Ad Tim. 2.* *abilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt*  
*veritati: nè quãdo Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam*  
*veritatem, & respiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenen-*  
*tur ad ipsius voluntatem. Ecce à D. Paulo & materiam, &*  
*modum controuersix ponèdum benè descriptum: nam*  
*verbum Dei cum modestia, & debita correctione eorũ*  
qui

qui veritati resistunt, rectè tractari debet, prout seruam Dei, pro veritate laborantem, & suorum fratrum æternam vitam in Christo sitientem, summoperè decet. Re-stitudo autem in prædicando verbo veritatis, hæc erit, vt pro captu audientium procedat disputatio, ac de quibus nouit, quæque quis profiteretur, quasi ex concessis, infidelis redarguatur. Primùm Mahomedus euangelium Christi acceptat, quod & sectator eiusdem profiteri videtur: Sed dicet, ego euangelij expositionem à Mahomede factam amplector, idè eius legem, Alchoranam ductam, pro euangelio recipio, non aliam à Christi Apostolis, & discipulis corruptam, ac falsò traditam. Hanc Mahomedi positionem facilè diluemus: nam suæ sectæ euangelij nomen, & auctoritatem imponit, vt à suis in magno pretio habeatur: sed quale erit hoc euangelium omni mendacio, immunditia, impudicitia, & impuritate plenum? quale erit hoc cõmentum Mahometanum ab omni veritate alienum, omnemque carnalem fœtorem malè redolens? Quale reputatur Alchoranũ, id in quo sectarum varietas continetur, & æterna Trinitas pernegatur? Quale erit fidei Mahometanæ meritum, quæ de rebus visis, & ratione naturali cõprehensis habetur? Euangelij puritas à suo fonte primario, Deo scilicet reuelante, & ecclesia proponente processit, vt D. Augustinus mirificè profert, *Euangelio non crederem nisi ecclesiæ auctoritas me commoneret.* Quis enim dixit Augustino, & reliquis Christianis hoc esse euangelium recipiendum, & aliud reiiciendum, nisi ecclesiæ? quæ cum spiritu Dei regatur, errare non potest: homo verò particularis, idiota, stultus, & carnalis, tota via, & toto cœlo errat. Et vnã veritatem, hæc scilicet, euangelium est admittendũ, mille

*Ita redarguit Mahomedũ Arnaldus episcopus Paçtensis. q. 13. §. 32.*

*Euangelij secundum hominẽ mendaciũ esse probat S. Augustinus. to. 4. in expositione epistolæ ad Galatas.*

*D. Aug. cõ. epistolæ Manichei. lib. vnico. ca. 5.*

*Nona Catechesis,*

mendacijs, & imposturis commiscet. Sed & mysterium sanctissimæ Triadis ex suo Alchorano deducitur hac argumentatione facta, nam quories Deum ad suos aliquid mysterij referantem introducit, sub numero plurali, vt mos est in sacra pagina, & præcipuè veteri, locutum fuisse testatur: si autem vnus est deus Mahomedi, cur non loquitur vt vnus, qui ergo pluralitate vtitur, personarum ternarium numerum insinuat, in vna essentia existentem, vt millies à Christianis audierat. Sed vt Sergio Arriano assentiret, de æterni verbi minoritate cum æterno patre (quam cum Arrio sustinebat Sergius iste) Mahomedus idè nomè Trinitatis æternæ in personis refugit, & vnitatem diuinitatis confitetur, contentusque fuit illam insinuare, quia ad barbaros sermonem habebat. Præterea Christi Iesu ex Maria & Iosepho geniti natiuitatè puram, & à peccato alienam profitemur, quem vt sanctū vatem, Deiq; nuncium, & veneratur summe, & Christianos ab eo nomina trahentes, suorū Arabum fratres, & amicos, quibuscum mutua intercederet familiaritas, haberi mandat, strictius etiam præcipit millies: nam dū Iudæos odio habet, Christianos diligit. Sed dicat nobis, qui scit Mahomedus, Christum non esse Dei verbum, nec Spiritus sancti virtute conceptum ex Maria virgine? Si hoc non aperit, & probat, ergo nescit quid dixerit. Fateatur itaque suam inscitiam homo ignarus tanti mysterij: quòd si veit discere, cur non legit hoc apud Ioannem verum euangelistā, dicentem sic, *Verbum erat ab æterno apud Deum, & Deus erat verbum, quod in tempore caro factum est.* Quòd si purum hominē, & patre minorem cum Sergio dixerit hoc verbū, ab alijs Christicolis mirā in hac re distinctionē pluries audiuit, *Qui licet Deus sit, & homo, non duo*

*Mahomedus  
vult in-  
deos primū  
Christianos  
fieri per bap-  
tismū & po-  
stea Mauros.*

*Ioan. 1.*

duo tamen, sed vnus est Christus: equalis vniq̄ patrī secundum diuinitatem; minor patrē secundum humanitatem: Secundum quam & pati, mori pro nobis peccatoribus potuit, cuius liuore sanati sumus, (non aqua illa elementari, quam pro remissione peccatorum Mahomedus attulit.) Ex cuius latere in cruce pendentis, fluxerunt sacramenta, & virtus eorum promanauit in deletionem nostrarum culparum, habet S. Augustinus. Quæ omnia ex diuino munere nobis datum est & nosse, & credere, captiuantibus intellectum nostrum in obsequium fidei, nam ratione humana non probantur, sed taraquam credibilia nimis ostenduntur, dicente regio vate, *Testimonia tua domine, credibilia facta sunt nimis.* His argumentis nostri tēporis doctores contra Mahomedū & sectarios suæ emittēte sectę procedūt, quibus suas chartas impleuerunt, & nobis legendas tradiderunt. Sed lento gradu ad personæ cōditionē, & legislatoris officiū, & cōstrinæ traditionē, & miraculorū editionem pro illa secta apud suos firmāda deueniamus, quę omnia facile aquo ais sectā illā percurrēte, impugnabūtur. Nā iuxta D. Gregorij, dictū celebre. *Merito quidē eius doctrina despicitur, cuius vita reprobat.* Suam autem Mahomedus insumpsit in mille carnis spurcitijs, ac turpitudinibus, quas præ pudore nec nominare audeo, ac præ difficultate numerare nequeo. Igitur carnalis homo talem legem dedit, qualem tā obfcænum hominem decebat, qui ad omnia carnalia opera (vt vidimus) remerē licentiam concessit. Vt erat autem aliorum riuālis, adulteria plura committens, eandem iniuriam ab Axa vxore sua passus, quam celare non potuit, & æḡo semper animo eam tulit: sed repetere non valuit, quia fidem prius alteri coniugi fregerat, duabus

*Psal. 92. 6.*

*S. Tho. 2. 2.*

*q. 2. art. 10.*

*ad 2. arg.*

*Conditio personæ Mahomedi describitur.*

*Dictū celebre D. Greg.*

Nona Catechesis,

duabus suis vxoribus videntibus. Deinde in secta ista, pro vanitate, & inconstantia eiusdem comprobanda, tria deprehenduntur notatu digna: mendacia, scilicet, oppositio-

*Mendacijs ista secta scateat, quasi vermibus, quæ Dei nomine à Mahomede refer, quod probat Loifius viues. li. de vera religione.*

nes dictorū, & falsa promissa. Primò mendacijs ista secta scateat, quasi vermibus, quæ Dei nomine à Mahomede proferuntur: vnde meritò mendacè dicemus deū Mahomedi, si deū, vel dæmonè cōfingas. Nam de dæmone patre mendacij habetur in euangelio, *Quod mendax sit ipse, & pater eius*, qui quasi hæreditario iure mendacium pro sua portione reportauit. De deo autem Mahomedi, qui sibi copiam fecit à famulo suo pulchrā vxorē tollendi, sibiq; in perpetuum associandi, & ancillis emptitijs abutēdi, & plures etiā retinendi, si alere posset, verè illum dicemus, æquè cum dæmone mendacem: immò eundem dæmonem haberi. Non enim est Deus, qui talia agat, nisi Baalim, Astaroth, vel alius his similis deus Accoron. De

*De contraditionibus etiā in illa secta contentis, has contestat Mahomedus reliquit: se non habere, & postea habere potestatem miracula edendi: se in gladio ad deuorandas gētes venisse, & nemini se velle iniuriam face re: Christianos viros & esse occidendos, & esse amandos à suis deuotis: quemlibet tantum in secta sua saluari, & omnes si bene fecerint in suis varijs sectis saluos fore: adulterium esse graue peccatum, & aliquando nullum haberi: licere rapinis, & furtis cōtra Christianos bellum gerere, & nulli iniuriam facere: licitum esse com pellere omnes ad suam sectam amplexandam, & iterum nullum ad eā debere cogi, sed in sua secta relinqui. Has*

contraditionibus etiā in illa secta contentis, has contestat Mahomedus reliquit: se non habere, & postea habere potestatem miracula edendi: se in gladio ad deuorandas gētes venisse, & nemini se velle iniuriam face re: Christianos viros & esse occidendos, & esse amandos à suis deuotis: quemlibet tantum in secta sua saluari, & omnes si bene fecerint in suis varijs sectis saluos fore: adulterium esse graue peccatum, & aliquando nullum haberi: licere rapinis, & furtis cōtra Christianos bellum gerere, & nulli iniuriam facere: licitum esse com pellere omnes ad suam sectam amplexandam, & iterum nullum ad eā debere cogi, sed in sua secta relinqui. Has

*Promissa à Mahomede suis deuotis.*

omnes, & multo plures asseruit contradictorias propositiones, quas passim in Alchorano lector offender. De promissionibus adhuc, latius quā par erat, fuit locutus, nam

nam terram ampliſſimam cum bonorum omnium copia, & ſpatioſas regiones, (quas nos ob noſtra ſcelera amiſimus) ſuis promittit, quas bonis viris, ſuæ legis cultoribus, Dominus erat daturus, ſi viri forent, & validas ſuas vires depromerent pro ſua lege, & legiſſatore eiſdē. Hæc in hac vita, nam in altera deliciarum paradifum, carnalibus actibus, cibus, & potibus tantum conſtantem, ſuis Arabibus gratis offert, conſingitque, vt beatitudo illa talibus delicijs referta, ſuorum actibus reſponderet, & præmium carnale venereis concupiſcentijs. Quasi animam rationalem, quam immortalem ipſe agnuit, vel expertem æternę beatitudinis, in viſione & amore Dei conſiſtentis, vel non ſpiritualem, ſed carneam (vt coniectura ducor) Mahomedus habuerit. Male igitur de anima creato à Deo ſpiritu, ſentiens, eius eſſentiam, & appetitū naturalē elicitum ad æternā beatitudinem, in quam propoſitam, vel cognitā, noſter animæ appetitus naturaliter fertur, omninò inſcius iſte homo negavit, ſi quidē in ſuo appetitu illam minoravit, & à ſua dignitate deiecit. Ob quam potiſſimam cauſſam ridiculus factus eſt: Mahomedus ſuis doctis Arabibus, in ſuæ ſectæ verba iurātibz: vt videre licet in vno omnium Arabum medicorū Auicenna principe, quem religione Gentilem, natiuitate Arabē, cōmercio Maurum, cultu idolatram, ſemper ratus fuerā. Qui cum ex Ariſtotele multa acceperit, ſed fide ſupernaturali caruerit, quæ omninò ad vitam æternā eſt neceſſaria, cū ſuo magiſtro perijt diuino Dei iudicio, nec humana ſcientia valuit illos ab inferni lacu præpedire, vel liberare. Iam de miraculis, poſtquā virtutē ad illa edenda palam denegauerat, reſtat vnum verbum addere, qualiter cacodemon ſuus in ſubitam elationem eum euexerit, & mi-

D. Aug.

Auicenna irridet paradifum Mahomedij.

## *Nona Catechesis,*

*Miraculū co-  
lūba, & de la-  
ete manāte,  
& de came-  
la, omnia vi-  
dicula.*

& miracula facere arte sua, & malitia sua ferit, ad inducē-  
dos homines in laqueum, & muscipulam, & spiritum er-  
roris; ut est illud de columba, ex lato puteo à Sergio emis-  
sa, & ad aures sui domini Mahomedi volante, ac me-  
dium aërem scindente pro cibo ibidem rostris peruesti-  
gando, ut sæpius facere ab eodem fuerat edocta; & al-  
terum; de lacte manante, percusso corio lanceæ spiculo,  
quod in terram fuerat absconditum, & stupori, & admi-  
rationi factum est, lac corio inclusum diffluere per  
terram, & quasi aquam de terra scaturire: & aliud de ca-  
mela præparata in noctis mediæ silentio, pro cælorum  
ascensu: quæ ut erat tenebrosum animal, ab inferis resu-  
scitatum, ad eundem lacum Mahomedum ducebat, ac se-  
dentem super eam reducebat, ut à dæmonibus disceret,  
quid de nouo commentari, quidue afferre pro suis Bar-  
baris firmiter in sua secta fundandis, conueniret. Hæc  
sunt Mahomedi miracula: nec miraculo est, quod talia  
ediderit, quæ suo cerebro, & mente digna, à suis cultoribus  
traduntur literis exarata. Scitum est illud inter cæ-  
cos luscum regnare posse, & Mahomedum inter suos:  
cuius fucata lex nullius est ponderis, vel auctoritatis in-  
ter sæculi doctos, quam schola philosophorum, & Chri-  
stianorum damnat, exsibilatque. Multa peccat aduersa-  
rius Mahomedus in hoc officio legislatoris: sed allatis tri-  
bus arguendi rationibus, facillè vincitur, & confuitur,  
quas malim coram suis academicis, quam hic in triuio  
reterege: ut vanitas suæ legis cunctis innotesceret, sur-  
dis, scilicet, & mutis: & opposita Christi lex amplius re-  
luceret, quam à Christo vocati Mauri sectarentur: *Quia  
ipse illuminat omnem hominem venientem in hunc mun-  
dum.* Qui de ipso verum profert testimonium, *Nemo*  
(inquit)

(inquit) *venit ad Patrem nisi per me.* Sed illud pro colophone non præteribo, vt sectarios Mahomedi confusione, & pudore repleam: nullum, scilicet, de hac secta vaticinium in scripturis canonicis haberi, in quo fuerit vt lex Dei prænunciata, & à videntibus iam olim præuisa: nisi illud à Daniele allatum, vt quidam de Mahomedo, & eius mendacio intelligunt. De quo Daniel dicit, *Et sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi conteret; & putabit, quod possit mutare tempora, & leges.* Quem locum si cum D. Hieronymo de Antichristo intelligamus, vel secundum alios de Mahomedo, in eandem sententiam impingemus. Nam vterque iure optimo Antichristus dicitur, qui tam aperto Marte eius legem, & sanctos impugnat, suo mendacio, & superbia fretus, omniaque veritatis, & sanctitatis suo spiritu erroris vestigia conculcat. Sed ad ecclesiæ promptuaria, sacraque armorum loca parochi adeant, vt arma, & armamenta contra istos Mauros, verbum Dei iam audientes, parent, telaque vibrent, quibus eorum corda transfuerberent. Nam qui donum tantum illis dedit audiendi verbum Dei, aliud citius superaddet, quo suorum cordium fictiones tollantur, & Deo per gratiam baptismalem inhæreant: quod & optat, & expectat D. Augustinus, forma n tradens infideles quosque ad fidem alliciendi, trahendique. Cuius lectionem assidua parochi pro hac re habeant, vt sibi suus labor cum infidelibus istis feliciter procedat: quibus Spiritus promissus instillabit omnia necessaria pro his profelytis faciendis. Illorum etenim desperanda est tantum correctio contra quos habemus occultam luctam: non horum hominum, qui

*Daniel. 7. c.  
& ibidē dicitur  
Hieronym.*

*D. Aug. lib.  
de catechizandis  
rudib⁹  
c. 5. & 6.*



## Nona Catechesis,

quæ ex præcepto sui vatis & Christum, & Christi affectas honorare præcipiuntur. Sed cupio nostros parochos non Pharisaico supercilio, sed christiana pietate, & amore in *Matth. 23.* accedere. Illi namque perfidi, & auari Pharisei (ut *et ibi D. Hierony.* Christus vitio, & probro dedit) mare, & terram circumibant, ut vnum tantum profelytum facerent: qui videns postea eorum vitia, & rapinas, ad vomitum ethnicorum citius reuertebatur, unde quasi præuaricator maiori poena fiebat dignus. Hoc nos à perfidelibus, pijsque plebanis nostris non speramus, neque à reliquis sacerdotibus, quorum interest catechesin omnium perfidorum, & hæreticorum etiã tentare, & perficere, non laicorum, nec de plebe hominum. Qui cum longè superent & dignitate, & scientia illos veteris legis sacerdotes, etiam in hoc opere, & mercede eidem respondente longius multò antecellunt. Quos etiam monere aliud volo, ne reformident minas hominum impiorum, nec Gentilium, vel Maurorum Christianos heros, non pie affectos ad talium seruorum conuersionem, sed eidem quasi ex diametro sese opposites falsa quadã pietate ductos: nam aiunt sese timere vehementer quod ad vomitum suæ sectæ citius redeant, videtes opera nostra mala, & vitia, quibus facile trahimur, seducimurque. Sed explodendum est à mentibus eorum huiusmodi temerarium iudicium: nam qui eos ad fidem pro sua misericordia vocare dignabitur, etiã iustificabit, dabitque in tali iustificatione perseuerantiã, ut D. Paulus testis est huius veritatis. Hanc autem excusationem habent pro suis seruis ethnicis, ut seruitutem viliorẽ ab illis *In epistol. ad Philemonẽ.* habeant, non tamen piã, ac modestam ab eisdem Christianis factis: quam Apostolus per suam epistolam Philemoni

moni ſuo ex ſeruo ſuo Onefimo iam baptizato ab eodẽ,  
ſic offert. *Forſitam enim ideò diſceſſit ad horam à te, vt in æter-*  
*num illum reciperes, iam non vt ſeruum: ſed pro ſeruo chariſſi-*  
*ſimum fratrem.* Sed obiter in aliam quæſtionem difficilem *Quæſtio gra-*  
ſanè incidimus, quid factò opus ſit cum filijs ex altero *nis de filiis*  
parente fideli natis: an ſuadèdi vt reliqui, an vero ſint ad *helchium, ſeu*  
fidem cogendi? Quæſtio hæc tempore catholicorum re *apoſtatarum*  
gum Ferdinandi, & Iſabellæ, quos honoris, & reueren- *à fide exami-*  
tiæ cauſſa nomino, agitata fuerat pro filiis helchium, *natur.*  
ideſt, apoſtatarum à fide, ex altero patre baptizato geni-  
tis. Nam cauſſa fidei catholicæ tanta, vt tam catholicos  
reges decebat, mētes eorum pulſauerat, vt Romanæ ec-  
cleſiæ ius, quod in tales filios habebat, ratione illius pa-  
ternæ ſpõſionis in baptiſmate factæ, qua ſe. filiosq; ſuos,  
ſuaque omnia Chriſto. & eccleſiæ ſuæ dicere ſerant, in eo  
tempore reſarcirent, ac filios Granarenſium helchium  
ad fidem reuocarent. Ad tantum munus maturo confi-  
lio exequendum præſules illius temporis ſanctiſſimos,  
ac vigilantiffimos, eligūt, Cardinalē, ſcilicet, Frãciſcum  
Ximenium, & Ferdinandū Talabricenſem: qui rem exe-  
quuntur ſua pietate, & prudentia, ſeruata in omnibus for-  
ma iuris, eos tantum ad baptiſma recipientes, quos fide-  
li teſtium conteſtatione, ex altero parēte Chriſtiano pro  
creatos nouerant. Vt iura omnia in tali caſu faciendum  
eſſe proclamant, vt videre licet, in concilio Toletano. 4. *Decreta &*  
c. 61. quod refertur. 28. q. 1. c. Iudæi, & in concil. Aure- *leges vtriuſ-*  
lian. 4. c. 19. in fine. & c. ex literis, de conuerſione, in- *que iuris ci-*  
fideliū, & c. ſicut Iudæi, de Iudæis, & Sarracenis. Et in *tantur.*  
decretis Innocentij primi contra Pelagium, & Cœleſti-  
num, decreto. 1. & l. nullus. C. de ſumm. Trinitate, & fi-  
de catholica, & alijs legibus ibidem. ſ. obſtinatioſis, & in

Nona Catechesis,

noua legum recopilatione. tit. 26. de pœnis. Sed ex forma loquendi patrum in illo concilij Tolerani decreto, vim præcepti perpendere licebit, sic enim locuntur: *Filij autem qui ex talibus nati sunt, fidem, atque conditionem fidelis matris sequantur: non Iudaicam superstitionem infidelis parentis.* Sed ex supositione altera difficultas oritur; Quid iuris erit, si talis filius ecclesiæ fuerit rebellis, & patrum mandatum implere recusauerit, an sit vt hæreticus, vel schismaticus puniendus? super hac quæstione nihil ha-

*Sententia  
Theologorū  
Cōplutēsiū  
decisua quæ  
stionis & est  
collecta ex  
dictis s. Hier  
rony. in epi  
stola. 7. ad Le  
tam. To. 1.*

tenus definitum reperi, ideo in animum induxi Theologicam scholam Complutēsem, & in studijs coætaneos meos interrogare, & eorum in hac re sententiam interpositam scripto tradere: omnes itaque subscribere, talem vt schismaticum, non vt hæreticum, plectendum, & brachio sæculari relaxandum, vt in illum capitalem sententiam diceret, & in malam crucem de angustia, & de iudicio sufferri mandaret: quoniam vt talis schismaticus ab ecclesia, quæ in illum ius habebat, gratis sese subtrahere pertentabat. In hanc ego volens, ac lubens decisionem, veram, & commodam trahor: cui aliam de nepote ex altero auo fideli genus trahente placuit addere. Consimile in eo faciendum esse iudicium, cum sit strictioris iuris conditio fidei, quam ius ad auitam hæreditatem perci-

*Acquū iudi  
ciū est de filio  
& de nepote  
parentis, vel  
aui infidelis.*

piendam. Si ergo secūdam iura omnia, canonica. & ciuilia nepos admitti debeat ad suorum auorum hæreditatē, etiam tenebitur fidem alterius aui, tamquam hæreditariam portionem, & meliorem conditionem, in fauorem fidei, libenter, vel nolenter sequi, vel tandem nolentem pœnam luere. Quòd si alicui hæc nostra opinio dura videatur, dū fidei causam nimis extensam iudicat, mihi quidem, immò & multis theologiæ professoribus, sit verifi-

milis,

milis, qui in tāta fidei causa, in fauorem illius, & ecclesie  
 catholicæ augmentū, iudicium ferri existimāt. Ex æquo  
 etiam in fauorem fidei filios infidelium seruituti perpe-  
 ruræ addictorum, quia paternæ curæ non subsunt, sed fide-  
 lium dominorum, baptizandos fore censeat, & à patribus  
 tollendos ne ab eisdem in fide peruertantur. Quos à la-  
 cte materno auulsos Christianis nutricibus (sic in modè  
 fieri posset) tradi exopto, vt cum lacte fidei professionē,  
 ac bonos mores sugant: Si quidem philosophorum, &  
 rhetorum pro formando oratore hæc cura olim fuit: no-  
 stra verò maior esse debet pro viro Christiano in fide, &  
 bonis moribus nutriendo. De alijs autē paternæ potestati  
 traditis, quāuis regi, vel principi catholico subiectis, nō  
 idē erit iudiciū: nā cum nō liceat filios à parētibus tolle-  
 re, neq; eos dominio suo priuare, neq; illos vmq̄a bap-  
 tizare licebit. Euidens namque periculū subuersionis par-  
 uulorū, vt à suis infidelibus parentibus tollantur, in tēpo-  
 re monet. Nūquam enim ecclesia filios suos infidelibus,  
 vel ethnicis nutriendos tradidit. Atq; hæc magni p̄de-  
 acerrimo manauit, & in publicū in sua summa edita est.  
 Quòd si aliorum doctorū, & præcipuè subtilis Scoti mē-  
 tem quis tueri, & imitari velit, suo iudicio eum relinquē:  
 nam meo id non faciet, cū non sint facienda mala, vt  
 indē eueniant bona. Quare vt finem loquendi faciam,  
 ad parochos istorū profelytorū huius catechesis epilo-  
 gū conficiam: vt postquā dogmata nostra perlegerint,  
 ethnicis, & Gentilibus Christi euangeliū, prædicēt, & lo-  
 cum thematis expēdant: *Nolite iugum ducere cum infideli-  
 bus: quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ so-  
 cietas luci ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad Belial?*

*Filij seruorū  
 infidelium bap-  
 tizadi sunt  
 inuitis eorū  
 parentibus.*

*Quintilianus  
 li. i. sue ora-  
 toria. c. i.*

*Ita in cōc. To-  
 let. 4. can. 61  
 & in cōc. To-  
 let. 17. can. 8  
 & in Aure-  
 lianensi. 4.  
 can. . . .  
 S. Tho. 2. 2.  
 q. 10. ar. 12.  
 Scotus in. 4.  
 dis. 4. q. 11.  
 2. Ad Cor. 6.*

aut quæ pars fideli cum infideli? quis autem consensus templo Dei cum idolis? Nam qui aures eorum exterius audire fecit, faciet & interius Christum audire, & in illis resonare, ut ad ipsum conuertantur, & sanet eos, qui salutem mundi in cruce pro omnibus oblati, operari dignatus fuit.

## COLLECTANEA

### Nonæ Catechesis.

1. **I**ugum ducere cum infidelibus graue onus est, nã solum Christi iugum leue, & suauè est.
2. Diabolus bellum gerit cum fidelibus, Christumq; in illis, licet victus, persequitur: quem iusti vincere valent, Christi fauore adiuti.
3. Velle infidelem verbum Dei audire donum Dei est. iuxta D. Augustinũ a quo Deus de facili fictionem cordis auferet, ut ad Christum conuertatur.
4. Qui ad faciendũ profelytũ ex secta Mahometana procedit, armaturã Dei prius sumat, & victor euadet.
5. Quali methodo fieri debeat impugnatio istius sectæ describitur; & argumenta primo loco petuntur ex concessis à Mahomede.
6. Secta Mahomedi facilis est impugnatu, tum ex reprobatione vitæ sui auctoris, tum etiam ex mēdacijs, cōtradictionib; falsisq; promissionibus in ea cōtentis.
7. Testimonia, vel mysteria nostræ fidei rationibus non aemonstrantur; benè tamẽ probantur miris esse credibilia.

- 8 *Mysteria nostræ fidei in figuris veteris legis, & patinijis fære adūbrata: at secta Mahomedi, neq̄ in sacris literis, nec oraculis fuit prænunciata.*
- 9 *Mendacia ingentia, & sermones Mahomedi secundum aliquos doctores prænunciantur à Daniele in figura quatuor bestiarum.*
- 10 *Domini infidelium, & seruorum heri patienter ferre debent, vt infideles serui in fide instruantur; nã Christianorum seruorum melior, & humanior est seruitus, quàm infidelium.*
- 11 *Fily ex altero parente fideli nati, eius conditionem meliorem sequi tenentur: quod si nolint, vt schismatici & fures publicis cædibus deputentur.*
- 12 *Nepotes ex altero tantum auo fideli ad fidem corripellendi veniunt; si enim auitam hæreditatem percipiunt, & fidem sequi tenentur, iuxta nostrã sententiam.*
- 13 *Fily infidelium sub parentibus nutriti, eisdem inuitis non sunt baptizandi: aly verò dominorum cure traditi, & baptizandi, & à parentibus tollendi veniunt.*
- 14 *Parochi, & aly pij sacerdotes pro faciendo profelyto ex secta Mahometana nimis insudent, vt pro suo labore æterna merces à Deo conferatur.*

# CATECHESIS

## DECIMA, DE DOCTRI-

na puerorum.

D. Paulus suo Exemplo puerorum instructionem nos docet, scribens ad Corinthios in priori epist. cap. 3. *Tamquam paruulis in Christo lac vobis potu dedi, non escam; nondum enim poteratis. Sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis.*



VLtis, de salute istorum, neochristianorum desperantibus, me dixisse memini, manum Domini non esse abbreviatam (vt Isaias prædicat) ad saluandas omnes gentes, si veritati Euangelicæ assensum præbeant. Quod si illam acceptare renuant, saltim parochi pro illis laborantes saluabuntur, & dicent, *Reliquit nobis Deus septem millia puerorum ex illis, qui non curuauerunt genua sua ante Baal*: de quibus præquam quandam spem concepi, quod postquam militiæ Christianæ nomina sua dederint, nouum peculium Christi ecclesiæ ex illis accrescet: & plantati secus decursus aquarum sanctificare valentium, quasi nouæ plantæ fructus suos dabunt in tempore suo: de quibus etiam proprius parochus addet, *Ego plantavi, minister meus rigauit, Deus autem incrementam dedit.* Quid plura si lignum vitis aridum non est aptum, vt fiat ex eo opus, aut fabricetur de eo paxillas, vt dependeat ex eo quodcunque vas, ecce igni datum est in escam, vtramque partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam: at noua, bonaq;

3. Reg. 19.

Ezech. 15.

bonaque arbor novos, optimosque fructus faciet, præfertim plantata secus decursus aquarum, quæ dabit fructum in tempore suo. Igitur, qui Apostolicis sermonibus, & exemplis intenti ora sua tenent, Paulum pro Corinthiis sollicitum audiant: *Tamquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi non escam, nam non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.* Non ideo quia in me (inquit Apostolus) virtus Spiritus sancti deficiat, sed potius in vobis virtus audiendi: vnde digni estis dura quadam increpacione, qui non iuxta prædicatam vobis fidem conuersare voluistis, sed schismate hoc inter vos agatis, à quo, scilicet, quis baptizatus fuerit. *Quid igitur est Apollo, quid verò Paulus? ministri eius cui credidistis, & unicuique sicut Dominus dedit. Ideò lac vobis potum dedi, non escam:* De vestroque baptisinate agens fundamentum possui, Christum Iesum baptisimi, & aliorum sacramentorum auctorem: *Nam fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est.* Ecce dulcissimum, sapidissimumque lac, quod dedit Paulus Corinthiis, idemque nunc suggerit nostris profelytis, tamquam paruulis in Christo: consimiliq; lacte eisdem lactat Apostolorum princeps dicens, *Deponentes igitur omnem malitiam, & simulationem, tamquam modo geniti infantes, rationabiles, & sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem.* Si ergò illi paruuli sunt, qui omnem malitiam abiecerunt, & qui nondum sunt in virtute perfecti, quid de illis sentiendum est, quibus omnis malitia dominatur? Quare & parentibus, & filiis, tamquam paruulis in Christo lac pro potu & cibo, non escam dare expediet, cum escam non valeant dequirere, nec percipere, quia nimis carnales adhuc sunt.

Locus thematis explicatur iuxta D. Hieronymum.

1. Petri. 2.



*Decima Catechesis,*

*Prima cura parochorum pro pueris baptizandis.* Sit igitur spiritualium parentum prima cura hæc, de conseruando parvulis baptismate, fundamento firmo totius spiritualis ædificij, quo regenerentur ad salutem, & remissionem omnium peccatorum. Timeo enim vehementer, ab aliquibus parentibus, ne & pueros suos à sacro fonte subtrahant, vnum pro septem (vt de more aliqui habent) septies supponentes: & ita subtractos ritu suo circūcisionis, apud illos nunc vigente, tamquam sectæ Mahometanæ veri cultores, malè notent, & illius sectæ reum faciunt, qui grandeus factus, & ad tale signum aspiciens, in falsam illam religionem tum à patribus edocti, tum à natura propensi impingant, & in illam, vt carnalem sectam,

*D. Hierony. in epistol. 7. ad Letam. To. 1.*

carnales ipsi inclinentur. Quod peccatum, vt grauissimum scelus damnat D. Hieronymus, primùm in perfidis parentibus, deinde in filijs, si doli capaces inuenirentur: si verò innocentes, tãquã recens nati, sola originali culpa damnarentur. Huius aurem sceleris mentionem fecit sanctus doctor, quia (vt coniectura nec leui ducor) suo tempore apud perfidos, & apostatas viros, vitiũ hoc subtrahendi filios suos à sacro fonte vigeret: quos redarguit, pœnamque futuram prædicit. In alijs etiam pietatem suam nostri plebani notam facient cum filijs istorũ profelytorum, nam oportebit eos obstetricibus mandatum deferre, vt illicò post natum puerum ad eos properent, & certos faciant, quòd natus sit homo ille in mundum: quem ipsi cum matre visitent, ac puerum de facie norint, signa aliqua in vultu puerili notantes, vt in sacro fonte eundem agnoscant, & ita suppositionem puerorũ vitent. Tunc verò cum de sacro illo fonte parvulus leuatur parochi diligentes ad præputium oculos iniiciet, vt hac circumspectione ritus ille vitetur circuncisionis:

*Alia cura parochi iniungitur nona pro vitanda suppositione, & circuncisione puerorum.*

& il-

& illata circuncisoribus pœna iuris, discât perniciosum ac sanguinolentum ritum obliuioni tradere. Vt verò rimentur secus istud, an naturæ deficienti, an antiquæ superstitioni parentum ascribendum sit, instabant parochi, vt citius puer sacro chrismate initietur, nec octauum diem, sub quo latet superstitiosus iste ritus circūcisionis, expectabūt, ne eodem die filius Dei per gratiam baptismalem efficiatur, & assecla Mahomedi futurus, postquā ad annos discretionis venerit, recepto pignore conscribendus maneat: quo signo à proprijs parentibus suo Mahomedi sponderetur. Transacto die octauo pueros istos recens è sacro fonte leuatos iterum curabunt cautè inspicere, ne eorum parètes, si forsan Mahomedi sectarij sint, filijs suis sanguinolenti carnifices habeantur ob circūcisionem. Enutritus autem puer materno lacte, ne cum tanto succo pessimos mores imbibat, à septennio vsque ad duodecimum annum plebani sui curæ sūberit, vt strenuus Christi athleta formetur, viriliter cōtrahostes carnales, & spirituales pugnaturus. Nec ultra metam, vel perscriptos terminos transgredior cum oculis Iesu Christi custodibus, nā hæc cura à patribus in sacra synodo Tridentina pijs plebanis demandata fuerat, vt sua voce subditos suos, & præsertim filios profelytorum imbuendos, & formandos in Christiana disciplina susciperent, vt pastoralis sui officij memores essent, & à Christo mercedè pro tanto labore promissam, expectarent. Ideò opus erit, vt horam præfigant pro hac catechesi summo mane absoluenta: qua peracta, & pueris lectione ab ædituo re petita, domum reperent pro ientaculis deferendis. Velim namque intra ecclesiam hosce pueros educari: vt ab ipsa puericia ecclesiasticis cæremonijs, & ritibus sese

*Post baptismū pueri isti visitandi erūt ne parètes aut deant eos circūcidere.*

*Hoc mandatur sessi. 24. c. 4. & sess. 5 c. 2. prælati verò indulgentias cōcedant parochis pro labore catechetico. Ita habetur in cōstit. 32. synodali Tolet.*

## Decima Catechesis,

*Fiat memoriale in scriptis, quo vocetur pueri ad catechesin.*

attemperent, & insuper altari sacro, & sacramentorū administrationi piè, & reuerenter subseruiant: de quibus omnibus pro suo captu in illa etate informandi veniunt. Habeat parochus rationem suorum puerorum in scripto memoriali, quod ante, vel post catechesin legatur: & absentes vocentur, & statim vocati de sua desidia, ac negligentia arguantur: quò astantes magistrum timere discant, & multò magis absentes. Parochi præterea, vel sola verba increpatoria in eos iactabunt: vel si verbera, paruo numero sint constantia, prout etas illa requirit, quæ parachi iudicio pro criminum varietate relinquuntur.

Qualiter verò pueri sint mercede proposita instruendi,

*Epistola. 7.*

*D. Hiero. ad Latam.*

*D. Ambrosius lib. 1. de*

*Virginib<sup>9</sup> &*

*D. Aug. li. 1.*

*cōfes. c. 9.*

tradit D. Hieronymus ad Latam scribens, de institutione filiarum: cuius documenta hic infererem, nisi scirem à doctis parochis præ manibus omnia haberi. Sed illud D.

Ambrosij referam, in eorum gratiam, *Primus discendi ar-*

*dor nobilitas est magistri, quæ vni virtuti prudentiæ si anne-*

*ctatur, exaltavit apud Deū magistrum, & glorificabitur ab*

*ea, cū eā fuerit amplexatus, vt sapiens in prouerbijs conte-*

*statur. Cū verò prædictæ virtutes flagellum pro pueris*

*leuiter plectendis exposcant, ita cum illis procedent, vt*

*solo interim flagello in manibus assumpto flagellentur,*

*ne prius odisse literas incipiant, quam discere. Parentes*

*deindè eorum monendi sunt, vt vel pueros suos ad ec-*

*D. Hiero. in epistola cita-*

*ta.*

deserent,

deferret, ut vel secretius à parochis correcti respiciant, vel  
 bis admoniti, ecclesie prælato denuncientur. Inter hæc  
 crimina illud graue nimis cenfeo, nec ferendū iudico, ut  
 scilicet patres suorū filiorū subuersores sint, dedocentes  
 eos, cū ad maiorē etatē peruenerint, singula quę parochi  
 nō sine magno labore docuerāt. Mos enim est aliquibus  
 filios suos liberi arbitrij compotes, post verā doctrinam  
 à parochis, vel ædituis traditam, aliam secretā institutio-  
 nem sectę Mahometanę tradendi, ac dedocendi omnia,  
 & singula Christianę fidei rudimenta, quę in illa tenera  
 ætate fortius imbibent, ac retinuerāt. Nam cū maio-  
 ré fidē exhiberent suis parētibus, quā proprijs parochis,  
 hinc factū est, ut in sectam illā, & subinde in lacum inser-  
 ni miseri pueri, atq; deslenda puellæ traherentur. Præh-  
 scelus, nec morte piandum, ut parentes venenum propi-  
 nent filijs suis ad eorum æternum interitum? Igitur paro-  
 chi illorum tam super patribus, quam grandæuis pueris  
 attenti vigilabunt, ut quasi olfacientes canes istam per-  
 uersionem intelligant: quā hoc certo argumento com-  
 probare poterūt: si enim pueri parochū suū, vel ædituū à  
 longē fugiāt venientē, & intra paternas domus dato pes-  
 sulo sese recipiāt, id primum subuersionis indicium est. Pa-  
 tres, enim filios suos docent inagistros quosq; fidei præ-  
 terfugere, quasi foenum in cornu habētes, quod & doctri-  
 nā catholicāna cū præceptoribus odio habere testētur,  
 immō, & iā eā abiurasse. Quod si à parochis, vel ædituis  
 vocati pueri, in ecclesiā intrent, sacris deuoti intersint, &  
 absoluendū ritē officium ecclesiasticū expectēt, parentum  
 suorū exēplo aliquantulū remorētur, donec virgā super  
 eos vigilantē videāt, hæc mora prioris indicij confirma-  
 tionem affert. Habent enim Mahometani huac ritum  
 penes

*Crimē paren-  
 tū quia à sa-  
 na doctrina,  
 & fide catho-  
 lica filios sub-  
 uertunt.*

*Pœna capita-  
 lis pro hoc cri-  
 mine taxa-  
 tur, lib. 3. or-  
 dinamentis re-  
 galis. l. 1. &  
 in regali pra-  
 gmatica re-  
 gū catholico-  
 rū Granatæ,  
 anno. 1501.  
 rei in igne cō-  
 summi debet  
 Horatius in  
 arte poetica.  
 Ritus horum  
 infidelium.*

12  
*Decima Catechesis,*

penes se certissimum, quod post susceptum baptisma suo Mahomede iniurij nō habentur, si exterius per illatam vim Christum profiteantur, interius verò suum Mahomedum foueant, sectamque suam secretiori cultu absoluant: quod suorum Alphachinorum certum consilium fuit. Quo seducti, si quæ ab illis peragenda intra ecclesiam à parochis iniunguntur, nisi virgam videant, trunci sedent, & malam valetudinem fingunt, vel aliud quid finistrum respondent. Quare de tanta perfidia certi parochi, & pueros à patribus distrahēt, & patres debita pœna afficient: & super illis attentiores excubias agent, additis etiam exploratoribus, vt de sua falsa religione certiores fiant. Quòd verò sint à patribus tollendi ex decreto quodam concilij quarti Toletani deducitur, quod sic habet pro filijs infideliū: *Iudeorum filios, vel filias baptizatos, ne parentum inuoluantur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus, deputandos verò monasterijs, aut Christianis viris Deum timentibus, vel mulieribus, vt in moribus, & vita proficiant.*

*Decreta. 58.*

*§. 59. declaratur in fauore filiorū ex patribus infidelibus.*

*Caput istud refertur. i. q. 4. c. Iudei baptizati. Exechi. 18.*

Cui decreto aliud etiā annectitur in fauorū filiorum, ne parentum perfidia illis obesse possit, sub hac serie verborū. *Iudei baptizati si postea præuicātes in Christū qualibet pœna damnati extiterint, à rebus eorum fideles filij excludi non oportebit, quia filius (vt scriptum est) non portabit iniquitatem patris.* Sed cū isti canones in fauorem innocentium puerorum, quorum nos catechesin exordimur, editi sint, à nobis in vero sensu sunt exponēdi. Nam quamuis patres in illo concilio parentes perfidos statutis à iure pœnis debitè puniant, adhuc multū fauent eorum filijs tam in spiritualibus, quàm temporalibus. Volunt etenim primū à suis parētibus, vel infidelibus, vel apostatis separari: ne eorū erroribus inuoluātur. Quæ ratio multò

multò magis militat in filijs hæreticorum, quàm infide-  
 lium, qui fidem non receperunt: nam illi auidius suos hæ-  
 resis crimini obnoxios facient, & in falsam suam electio-  
 nem inducent, cum sermo eorum vt cancer serpat. Sed  
 extendere audeo hanc filiorum separationem à patri-  
 bus non tantum hæreticis, sed etiam ab illis, qui vel sunt  
 in fide suspecti, vel de salute, & catechismo. eorum parùm

soliciti? Nā de hæreticis id liquidò patet ex decretis ad-  
 ductis, & alijs vtriusque iuris sanctionibus. De alijs verò  
 decretum exijt à senatu regio catholici Philippi nostri  
 anno elapso, septuagesimo septimo supra millesimū ac  
 quingentesimum: in quo præfectus Cordubensis, Gar-  
 fias Suares Caruaialus, pro salute istorum puerorum, &  
 suæ reipublicæ nimis sollicitus, tantum senatum consu-

luit pro filijs Moriscorum exulum, per vrbem liberè va-  
 gantium: cui in schedula regia datum est tales pueros à  
 patribus separare, & admechanica officia, vel liberales  
 artes pijs artificibus probè in fide, & publico numere in-  
 struendos tradere. Qui iuxta mādara regia pater iā mul-

torum puerorum factus, paterna charitate ductus, hoc  
 beneficium illis contulit, & vrbium aliarum præfectis  
 tantum exemplum reliquit. Sed de percipienda hæredi-  
 tate ab hæreticis parētibus, si filij fideles sint, dubium ab-  
 soluendum restat: nam sunt qui canonem illum renouan-  
 dum censeant, in fauorem puerorum fidelium, vt in re-  
 gione Italica cum filijs hæreticorū obseruari audio. Sed  
 cum hæreseos crimen omni punitione dignum censea-

tur, certo cōsilio id fieri arbitror, vt pater hæreticus post  
 alias inflictas pœnas, etiam in proprijs filijs, qui caro il-  
 lius sunt adhuc puniatur per confiscationem paternæ her-  
 reditatis, & infamiam in iure eisdem illatam: at renouari

canonem

*L. final. C. de  
 sententiā pas-  
 sis. Et in §. 1  
 eiusdē legis,  
 vbi agitur de  
 relegatorum  
 filijs.  
 Regia sche-  
 dula data est  
 præfecto Cor-  
 dubis pro va-  
 gis pueris à  
 suis patribus  
 Tollendis.  
 De hoc Simā  
 cas li. 8. de re  
 pub. c. 27. de  
 otiosis & va-  
 gis.  
 Mirāda præ-  
 sul. Tolletus,  
 in sua sūma  
 cōciliorū, &  
 alij. Et Pius  
 V. P. Max.  
 voluit hoc de-  
 finire.  
 Arnaldus. q.  
 18. nu. 11. et  
 12. Castro li.  
 2. dc. inf. hæ.*

Decima Catechesis,

*puni. per mul-  
ta capita, &  
Simacas li. de  
patre hæreti-  
co. de filijs hæ-  
reucorum id  
probāt latius*  
*Simancas ita  
tenet li. de pa-  
tre hæret. §. 41*  
*Li. 2. iusta hæ-  
ret. punit. ca.  
vlt.*  
*Calderin<sup>o</sup>, &  
Palacios Ru-  
bios, pro hac  
sententia ad-  
ducuntur.*  
*3. Arg.*  
canonem illum exopto pro filijs suos parētes hæreticos  
deferentibus, in præmiū tantæ virtutis, & religionis Chri-  
stianæ zelotypiæ. Licet enim non contemnendæ aucto-  
ritatis doctores (quos citat Simancas episcopus Pacen-  
sis) huius sint sententiæ, filium non teneri ad delationem  
patris hæretici, ego in oppositam cū alijs non infimæ no-  
tæ sententiam trahor: Dum modò bina monitio præcef-  
ferit. Hoc namque illorum doctorum argumenta præ-  
ferunt, filium pro paternali reuerentia illum sine arbitris  
debere bis corrigere, quòd si nollit à tanto crimine desis-  
tere, ad delationem procedat, quia plus debet Deo patri,  
& Christianæ reipublicæ, quam carnali parēti, præsertim  
cū delatione illa paternā tantum salutē negotiari inten-  
dat, ac ita in iudicio protestetur. Quod si hereditaria por-  
tio, quæ tali filio cederet, exigua esset, vel ex bonis pater-  
nis, vel ex publico ærario augeri meo iudicio debuisset,  
vt tantæ virtuti adauctū præmium, non tamē diminutū, vt  
ius, & æquū postulāt, responderet. Quam sententiam bo-  
nus ille pater Castro, Franciscanæ familiæ decus, dum in  
hac arena cōtra hæreticos dimicat, in tēpore attulit: & iu-  
ri naturali, & æquitati consonā, nō tamē in iure expressā,  
mordicus tenet, vt in c. cū secundum leges, de hæreti. li. 6.  
probatur. Sed nos in fauorē fidei, & horū filiorū suorū pa-  
rētū delatorū ostēdere conabimur dictā sententiā, nec iu-  
ri ciuili, nec canonico esse contrariā, immò ex vtroq; be-  
ne deduci, vt probāt famosi iuriscōsult. Calderinus tit. de  
hæret. consil. 3. & Palacios Rubios, in repetit. c. per ve-  
stras, de donati. inter virū, & vxorē, & alij hos secuti. Pri-  
mum ex illo canone adducto cōcilij quarti Tolet. deduci  
tur, in quo decernitur fideles filios à bonis dānatorū pa-  
rentū excludi nō oportere, & si iam exclusi sint ex noua  
decif-

decisione. c. cū secundū leges, in ea tamen nihil de filijs fuorū parentū hereticorū proditoribus palā expressū habetur, præsertim dū à tāta labe filij liberi sunt, nec vlla iuris presumptione rei. Quod sicut obseruari audiui à multis in Italica regione, & in nostra, prout olim tēpore istius cōcilij, obseruandū esset. Deindē ex cōstit. illa Bonificij. 8. c. fin. iubemus, de hæreticis. li. 6. in bono sensu, & illatione conuincitur. Fauet enim multū ibi summus Pont. filijs hæreticorum, paterno crimine nō infectis, & dicit. *Iudex provideat, ne aliquod damnum filio prouinciat ex eo, quod testimonium aduersus patrem hereticum dixerit.* Tenebitur ergo iudex dānum refarcire tali filio, quod ex illa decisione in cōfiscatione suæ legitime portio is pati debuisset. Neq; enim in his verbis famæ iniuriā tātum, sed etiā læsionē bonorū libet intelligere, cū dānum vtrāq; pœnā ex vi vocabuli inuoluat. Præterea ex dicto D. Gregorij, quod refert Gratianus. c. charitatē. 12. dist. q. 2. Id cōfirmatur: nam dicit. *Consonum est equitati, vt studiose agenti præmium reddatur: præsertim si in tali opere, Princ. pi, aut reipublicæ seruit.* Quod sua cōstitutione, imperiali Federicus sanxit, in præmium eorū, qui rempublicā tuentur: & eam allegat prædictus doctor in famosa illa repetitione. Et vltimo argumēto nostra sentētia, vt iuri canonico cōformis, ita fulcitur: nā qui reuelat coniurationē cētra Rom. Pōt. etiā si sit particeps criminis, nō solū purgatur à culpa, sed etiā remuneratur, vt habetur. in. c. si quis Papa. 77. dist. ergo multò iustius erit, vt mercedē ampliorē recipiat, qui pro fide militat, quā qui salutē vnus personę liberā vult. Vt verò hæretici nostri tēporis pœnas darēt, & filij eorū, timore amisso suā portionē hereditariam perdēdi, patres suos hæreticos proderent, summus Pōtūfex id declarare debuit.

2. Arg.

3. Arg.

Vlt. Arg.

*Pius. V. id fa-  
cere parabat,  
cū fuit mor-  
te correptus.*



*Decima Catechesis,*

debuisset, tum in fauorem fidei, tum etiam in præmium bonorum filiorum. Quos neque contra paternam pietatē, nec debitā patribus reuerentiam agere censuerim, cum parentes hēreticos ad iudices fidei deferūt, pro eorundem salute negotianda: quoniam ab illa reuerentia liberi censentur, postquā suos parētes bis correxerint, & eos in crimine pertinaces intellexerint. Nec est aliquis, qui oppositum valeat dicere, vt latius probat in libro de patre hēretico. §. 41. episcopus Pacēsis, postquā omnium doctorum sententias retulerat. Atque hęc est vera filiorum erga parentes pietas, cum summa reuerentia coniucta, vt animarum, & corporum saluti primū consulant, eos ad medicos spirituales deferentes. Quōd si parentes respiscant, & pium opus diuino lumine illustrari nouerint, filijs suis gratulabuntur: filij verō in patre lapsō, & ad publica exempla ducto, consimilem pœnam abhorrebunt, & carnales suos affectus, qui in carnalem parentum hēresim inclinare filios solent, & corrigere, & quasi fræno cohibere discent. Nascuntur enim interdum filij talium hēreticorum ad paternam vitia, si carnalia sint, aliquantulum à natura propensi, non ita tamē ad spiritualia: quoniam caro patris in filio est, & eisdem affectibus obnoxia esse solet. Atque hoc est maximum, periculum horum puerorum, quorum curam gerimus, quorum patres, si qui hēretici probantur, in istas carnales hēreses lapsi depræhenduntur: ideō cura maior parochorum suorum in eorum catechesi, & correctione à nobis desideratur: vt refugere eos faciant parentum exemplum in falsa eorum electione, & malis moribus. Hūc enim tendit illa fundatio seminarij à patribus sanctę synodi Tridentinę pro pueris in fide, & bonis moribus, &

bonis

*Episcopus Pacēsis in nostra sententia.*

*Castro. li. 2. de iust. hēre. punitie. c. 8.*

*De fundādis seminarijs vt mādatur sef. 23. c. 28. cōcilij Tridēt.*

bonis literis apprimè instruèdis, pro modo facultatum, & diœcesis amplitudine. Nam ecclesię metropolitanę, vel alię maiores, numerum puerorum alere, & religiosè educare, & ecclesiasticis disciplinis instruere ex decreto isto tenentur, ex redditibus talis ecclesię, vel beneficijs sine cura, seminario annexis ad episcopi arbitriũ, vt fructum reddant pueri suis ecclesijs temporibus suis. Quod nunc exequi parãt Hispaniarum ecclesię magnę ex Toletani concilij provincialis opportuna sanctione, & nostri catholici regis Philippi mandato accedẽte. Qui post illam sanctionem in ecclesia sancta Toletana subortam cõtrouersiam circa executionem eiusdẽ, citius pacauit, & seminaria protinus erigenda ad episcoporũ arbitriũ, sanctè, ac piè duxit. Sed de pueris ibidẽ recipiendis quæstio manet, an ex filijs profelytorum numerus implendus sit, nec ne. Nam audio à patribus, qui synodo sanctę Tridentinę interfuere, pro filijs hereticorum à patribus cõfugiẽtib; primũ seminaria fore erigenda, deindẽ pro alijs. Quod piè satis & luculẽter interpretatus fuerat Romę præful ille sanctissim⁹ Gregorius. XIII. (cuius subitã mortem omnes deflemus) erecto Romę ab eodem amplissimo seminario, ecclesiasticisq; redditibus adaucto: vbi ex omni natione filij hæreticorum benignè excipiuntur, & in fide & moribus numero plusquã quingẽti aluntur, formantur, & literis, & bonis moribus instruuntur. Quid plura? hæc bona est explicatio decreti illius, nõ verbis, sed pijs operibus facta. Pauperũ autẽ filios cõcilium eligi vult, nec tamen ditiorũ excludit, modò sumptu suo alatur, & studiũ præ se ferãt Deo & ecclesię suę inseruiẽdi. In verbo autẽ illo *pauperũ filios*, etiã intelligo hereticorum natos, à patribus, hæresibusq; eorũ diffugiẽtes, & ex

*Decretũ cõciliij Tol. act. 1 celebrati an. 1583.*

*Quæstio de seminario sũcto in ecclesia sancta Toletana suborta, anno 1584. quam pacauit noster rex Philippus, cõmòtus rationib; à dño Bernardino de Siena in scripro allatis.*

## Decima Catechesis,

varijs regionibus ad Romanam ecclesiam, quasi firmum fidei asyllum, properantes, quos Romæ pluries in die videre licet. Sed quamuis Hispania, diuino prorsus beneficio, hæreticis libera nunc sit, at non est vacua profelytis ex secta Mahometana, & neophitis, eorūq; filijs: qui si in isto seminario alantur, docti canes proficient valentes latrare, & parêtes suos, eorumq; posteros in fide edocere; vt ex Romano seminario, quasi ex equo Troiano milites Christi multi armati prodeūt, scuto fidei, galeaq; salutis assumptis. Talesq; sic in acie media dimicāt, vt quamuis succumbant corporeis viribus victi, victores tamē, cum tropheis suis cœlos conscendant. Cum verò in Hispania sacerdotia pingua sint, & grandes redditus episcopis cedentes, magis velim, ex ampla episcoporum suppellectili, quæ illis superest non curta, ista seminaria fundari, si quidem bona episcoporū, & clericorum, quæ supersunt, pauperū sunt: vt maneāt sacerdotia, & portiones præstimoniales viris literatis, qui suis ecclesijs proficient in doctrina, & exemplo bonorum operum. Pueri autē in schola tanta admisi, ea omnia discent, quæ ad sacerdotale munus eos aspirare facient, nam paulatim ad rātum munus promouebuntur seruata forma iuris. Nec sua natiuitas illis nocebit: cum arbitrio episcopi tales eligi debeāt, qui suorum præcipuè catechesin valeant perficere, & in perpetuum obsequium Deo, & fratribus suis se consecrare. Dum verò in studijs detinentur in pueritia, ad arbitrium sui cōfessoris sumēt corpus dñi nostri Iesu Christi, prout concilium decernit: quod facit ad nostrum propositū, vt filij istorum profelytorum ad omnia sacramenta debite dispositi admittantur. Nam de illis tantum episcoporum prohibitio, vel verbo, vel scriptis synodalibus, intelligitur,

*Martyres multi ex hoc seminario cœlo ascribuntur impietate religione Angliæ a fide deniæ.*

*C. statutū de hæret. li. 6. et in concil. Tol. nostri tēporis, can. 44.*

gitur, quos Moriscos nuncupamus, habitum, & linguam retinentes, vel post legem prohibitivā eisdem vrentes. Hi enim episcopi diocesani mādato, & parochi arbitrio ad sacrā cōmunionem, vel accedant, vel ab ea parūper se se abstineant, donec in fide, & virtute sacramentorū magis proficiāt. Nā admissi ad baptismi sacramentū, etiam in voto reliqua sacramenta suscipiunt: sed de his in sequēti catechesi. Quare nos plebanorum expectamus piam operā in renascendis aqua baptismatis, alendis, formandis in fide & bonis moribus hisce profelytorū filijs, seminario cum reliquis pueris etiam associādis, & reliquis ad officia mechanica, & alias artes mitendis, Et licet virbiū præfecti in his muneribus strenuē obeundis cōmunem operam præstent, (prout tenentur,) at nos de parochorum pietate, & cura magis confidimus. Sint itaque nostri parochi valdē solliciti pro pueris baptizandis, spondētibus pro illis patris, antiquis scilicet christicolis, nō profelytis, nec neophitis: qui post parentes specialē curā gerant salutis spiritualis horū puerorū. Accedat citius, cōfirmationis, sacramentū, salūm tēpore pleni iudicij, vt sciāt pueri se sacramentū suscipere, & ad gratiā sacramentalē, modo quo possint, sese disponāt. Succedat catechesis vique ad annum duodecimum, in quo pueri sēligantur seminario coaptandi, vel ad officia publica mitendi: quod arbitrio parochi fiet, nisi episcopus suo id velit facere. Tandē nostri parochi, pietatem suam cū his pueris exercebunt, Christianāq; charitatem ita colent, vt dicere valeāt, vos estis gloriatio nostra, quibus tanquā paruulis in Christo lac potum vobis dedimus, non escā, daturi etiā vobis grandeus cibum alium, salubre, ex ecclesia promptuarijs iam nunc eruendum.

*Ita in concil.  
Tolet. an. 83  
can. 58. & in  
synodalib. xi.  
aēlos Christi i  
nos nuenos y  
gitanos.*

*Prout tenen-  
tur. l. 2. ordi-  
nau. regalis  
lib. 3. xi. 7. de  
la guarda de  
los huérfanos  
y de sus bie-  
nes.*

*Patris in ba-  
ptismo & cō-  
firmatione & e-  
tates christi-  
cola, pro filijs  
profelytorum  
fiant.*

# COLLECTANEA

## Decimæ Catechesis.

- 1 **S** P E S ab auctore concepta est de pueris profelytorum, quòd Christum sapient, & magistri euadent suorum parentum.
- 2 **D.** Paulus baptismum ponit pro fundamēto nostræ salutis, in quo Christus protestatur fundamentum fidei nostræ, & nemo potest aliud ponere.
- 3 **P**rima cura parochorum hæc sit, paruulis profelytorum conferendi baptisma, & vitandi in baptismo suppositionem.
- 4 **P**eccatum subtrahendi pueros à sacro fonte damnat beatus Hieronymus vt grauisimum, & correctione dignum.
- 5 **P**ro ista suppositione in baptismo vitanda, & puerorum circuncisione, oportebit parochos pueros recēs natos agnoscere, & obstetricibus mandare, vt singulorum natiuitatem eodem die sibi renuncient.
- 6 **B**aptismus conferendus est pueris profelytorum ante octauum diem, ne parentes in illis ritus suos peragant tali die.
- 7 **P**ueri ad sacrum fontem ducti inspiciendi erunt, an præputium habeant, necne, vt culpa illa, vel naturæ deficienti, vel puerorū parētibus adscribatur.
- 8 **P**arochis cura demandatur à patribus synodi Tridentine pueros quosq; in fide, & moribus instruēdi, formaq;

formaq̄, præscribitur ab auctore pro filijs profelyto-  
rum catechizandis.

- 9 D. Hieronymus tradit formã pueros quosq̄ in fide,  
& bonis moribus instruendi, ad Letã scribens: quæ  
à parochis ad literam obseruari debet.
- 10 Perfidi aliquot parentes dedocere solent filios suos  
ea omnia, quæ à suis parochis didicerunt; quos pœna  
manet capitulis.
- 11 Signa huius peruersionis ab auctore describuntur, vt  
si ea parochi viderint, super gregem suũ attētiores  
vigilent, vt veritatem huius rei experiantur.
- 12 Pueri à patribus subuersi, tollendi ab eis veniunt,  
& viris Christianis tradendi; vt in moribus & vi-  
ta proficiant.
- 13 Decretũ cõcil. 4. Tolet. renouandũ cõsetur in fauorẽ  
filiorũ suos parentes hæreticos prodentiũ: vt talis fi-  
lij paterna hæreditate non priuentur.
- 14 Filij tollendi sunt à patribus, nõ tantũ hæreticis, sed  
ab alijs, de salute, & doctrina filiorũ parũ curatibus,  
ex decreto supremi senatus regij.
- 15 Multa dogmata de patribus hæreticis, & eorũ filijs  
ab auctore adducuntur, ad eorũ correctionẽ, & pœni-  
tentiã spectãtia, quæ à parochis notanda erunt.
- 16 A sede Apostolica declaratio illius decreti expecta-  
tur, vt filij proditores parenti hæreticorũ paterna hæ-  
reditate nõ priuentur, immò si exigua sit, augeatur,  
vel ex bonis paternis, vel ex fiscali arario.

- 17 *Parentes hæretici in vitijs carnalibus filios suos ad consimilia propensos generare solent; unde cautiùs ab illis erroribus, retrahendi sunt à suis parochis.*
- 18 *Seminaria à patribus sancti concilij Tridentini præcipuè fundantur pro filijs hæreticorum, profelytorum, & neophitorum; ut in fide, & moribus instituantur.*
- 19 *De seminarij huius fundatione aliqua notantur, quæ ab episcopis citiùs exequi deberent: prout Philippus rex noster catholicus perficienda duxit.*
- 20 *Gregorius XIII. Pontifex Maximus, huius decreti de fundatione seminarij explicatione interposuit, non verbis, sed erectione magni seminarij Romæ facta pro filijs hæreticorum, & alijs ad ecclesiam confugientibus.*
- 21 *Pueri profelytorum in seminario educati sacram cõmunionem accipiant ad arbitrium sui confessoris: quod decretum etiam extendi debet ad pueros istorum profelytorum à suis parentibus iam distractos.*
- 22 *Morischi, qui nec habitum, nec linguam Arabum à se relegarunt, mandato episcopi, & parochi arbitrio, vel cõmunicent, vel detineantur à cõmunionem, donec in fide, & virtute sacramentorum probè sint instructi.*
- 23 *Multa alia pro salute, & catechismo istorum pueros ab auctore adducuntur: quæ parochi perlegent, perficientq̃.*

# CATECHESIS

## VNDECIMA, DE CATE-

### chizandis rudibus.

Monitio Apostoli ad suum Timotheum parochis istorum profelytorum in memoriam reuocatur, quæ. 2. ad Tim. 4. legitur. *Prædica verbum, instat oportune, importune: argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina: erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt; sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, pruriētes auribus: & à veritate qui dem auditum auertēt, ad fabulas autem conuertentur.*



**C**OMMENDATIO illa sponsæ ab vberibus mysterium habet maximum pro prædicatoribus verbi Dei, qui alios interim verbo, interim exēplo, ad virtutum culmen prouocant. Hæc autem vbera sunt, *sicut duo hinnuli capræ gemelli, qui pascuntur in lilijs, & in figuram prædicatorum præsignantur.* Nam terrenis studijs non occupati, additi sunt saluti spirituali suorum proximorum: & bonorū operum studiosi, huic virtuti vacare se dicunt, qui circa doctrinam rudium exercetur. Hi etiam stans horis aliquid temporis in oratione pro suis subditis infumunt, aliquid verò catechesi eorundē impertiunt, vt perfectā mutæ charitatis virtutem assequantur, quā acquirunt in hereditatem, si tāto operi nec fatigati instent, neque ab eo vnquam desistant: proindē duo vbera habēt, vt pleniori

*Cāti. 4. et D. Greg. sequitur hūc sensū, nā prædicatorum pascunt oves verbo, & exemplo.*



## Vndecima Catechesis,

lacte eos alant, & in omni ætate vsque ad vitæ periodum in fide, & moribus instruant, donec infide stabiles aliam escam posse appetere ipsi credant. Sunt autem ista vbera sicut duo hinnulli gemelli capræ, nam prædicatores ecclesiæ gemelli dicuntur, quia concordem fidem, & cõmunem charitatem in omnes prædicant, & confimilia dogmata tradunt: in lilijsque prædicatores pascuntur, quoniam munditiam animi, & corporis sectantur integram, quam alios colere docent, vt in die iudicij cõmerita præmia suscipiant. Hæc dixerim ad parochos verbi Dei seminatores, gregemque suum tanto verbo pascentes, vt iuxta Apostolicum præceptum provideant gregi suo vel de lactis, vel escæ abundantia salutaris, *Non coactè, sed spontaneè secundum Deum: non turpis lucri gratia, sed voluntariè: neque vt dominantes in cleris, sed forma gregis facti ex animo.* Formam autem gregis fieri illud est, vt quæ docet verbo, exemplo confirmet, & utroque modo alijs profint. De loco autem, & tempore catechizandi rudes quoque D. Paulus sic concinit, suum Timotheum erudiens,

1. Petri. 5.

Locus thematis subducitur explicandus.

D. Augu. li. de catech. rudibus ca. 5.

sub his verbis. *Prædica Verbum, in sta opportunè, importunè, argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina: nec te remoretur illud audientium malum auspicium, quod à veritate auditum suum auerterint, & ad fabulas quasdam Mahomedi iã conuersi sint.* Nam si isti exterius audiunt, aliquando Deum interius mouentem, & fictionem illam noxiam à cordibus tollentem, per gratiam Spiritus sancti ipsi sentient. Ex hac igitur Apostoli sententia, illud in suis cordibus repostum parochi habeant, de nullius hominis salute fore desperandum, imò potius de sua conuersione ad Christum spe concepta eius catechesi magis, ac magis intendant, vt omnes à Christo deuos, iam firmos

mos

mos profelytos faciant. Per hanc namque fidem, tanta spe  
refertam, ac vallatam, Sancti vicerunt regna (inquit Pau-  
lus,) operati sunt iustitiam, adepi sunt repromissiones, obtura-  
uerunt ora leonum, & reliqua pericula in via prædicationis  
oblata, fortiter subierunt: ac tandē de tanta victoria exul-  
tabundi millenas turmas suo sapientiæ lacte, & euange-  
lij esca salutarî nutrierūt, & ad ecclesiæ catholicæ caulas  
veluti strenui pastores reduxerunt, ad noua pascua, & ri-  
uulos ecclesiæ cotidie reducturi. Valeant igitur qui ani-  
mos suos ita despondent, vt quamuis teneantur ex iniun-  
cto officio, tamē in otio degere eligunt, & oues suas per  
mille errores, & præcipitia errare patiuntur absque vllō  
animi sui dolore: qui protinus suam, & suorum ruinam  
in lacum infernum experientur. Sed his in otio suo, &  
certa damnatione relictis, ad alios pastores, suarum o-  
uium rationem cum cura magna habentes (quoniam pa-  
storum principē redditurum sibi pro tanto labore mer-  
cedem expectant,) meum sermonem commuto, quibus  
cum de suorū profelytorum salute agere aliquamtiſper  
volo, si fortē dederit illis dominus, & suam, & suorū æter-  
nam salutem recuperare. In primis eorum animos pul-  
sabo, moneboque in tempore, vt ad lectionem sanctorū  
patrum oculos suos, immō & animum conuertant, à qui-  
bus, tamquam à peritis medicis, artem hanc animas me-  
dēdi accipient. Legant autē primitus aureū librū D. Au-  
gustini, à quo titulus huius catechesis, benè desūptus fue-  
rat, & pro rudibus instruēdis in fide, & ab ea alienis, par-  
uo codice contētus, breuius perlegi potest, immō & me-  
moria ab illis retineri. Huic lectioni etiam addent illarū  
catechesum, quas ediderunt, D. Gregorius Nyſſenus, &  
D. Cyrillus Hierosolymitanus, & alij sui temporis: ex

Ad Habr. 11

Hic liber D.

Aug. habetur in to. 4.

capicibus. 27  
absolutus.

Multi docto-  
ris sancti Gra-  
ci, & Latini  
catecheses e-  
diderūt, ideò  
legēt e à pa-  
rochis.

## Vndecima Catechesis,

qua lectione tãquam ex purissimo fonte aquam puram, ac limpidissimam haurient, pro refectiõne istorum profelytorum: nam lac pro pueris, & escam pro maioribus ex vberibus sponsæ, idest, ecclesiæ Romanæ, suggerent. Nec dubito de pueris ab eis in fide formãdis (à quibus non ster hic catecheticus labor initium sumet) quin in melius cotidie proficient, si inceptus pro illis labor in parochis non deficiat. De maioribus autem, qui cum ætate in multis ritibus Mahometanis consenuerunt, vt omnes ab illis euellantur radicitus, dicere incipiam. In primis hi fere omnes, (paucos namque licebit excipere ex retinentibus suum habitum, & Algarabiam) duplici sunt animo, etiam post baptismũ receptum: nã exterius Christiani, interius verò Mauri censerì volunt, liberèq; verè, & falsæ religionis sua nomina interroganti dant. Nã si dicas, heu dic sodes Morisce Valentine, quo nomine vocaris in ecclesia, quo verò domi à parentibus? dicet illicò frõte perfricata, ac lingua mendaci, in ecclesia vocor Ioãnes, at domi Hametus. Neq; enim ob sui prophetæ reuerentiã integrum nomẽ vsurpare audet, sed per aphæresin ablata de principio syllaba: nam soli principes, & proceres, qui ex Mahomedi familia genus ducere gloriãntur, eũ tãquam suũ cognatum in titulis nominãt, integra nomina gerũt, in scriptis suis ea proferetes. Quid igitur dicemus de sua religione, cũ Morisci isti Mahometanæ militiæ palãm sua nomina dẽt? Doleo vehemeter horũ infidelium vicẽ, tãtm quia à Christo separati sunt, tũm etiã quòd vt arida ligna igni tradetũr in penã tam publici sceleris. Nec video quade caussacũ illis, tãtm notoriẽ in fide suspectis, tãtm miriũs agatur, vt suũ scelus impunitũ ferant: nã cuilibet de suis nominibus interrogãti ea per ordinẽ referũt. Accedere

igitur

*Nomen ecclesie & nomen domus Morisci referũt.*

*Ita in. C. ad abelãdam, extra de hereticis lib. 6.*

igitur oportebit censoriã virgulã cęforũ fidei, vt pro hac sola culpa saltim vt suspecti in fide suscepta debite puniãtur: ne suum baptismũ amplius violare audeãt. Quod si hæc cõmunis est torius populi culpa, quid ni pena erit? an parcẽdũ est multitudini in hoc casu? minimẽ: sed occidat Helias pro suo zelo omnes prophetas Baal, & de medio tollat omnes idololatrias: cesset Mahomedi idololatria, & purus Dei cultus in omnibus per baptismũ regeneratis feruetur, sicut & vna aqua salutaris, & verbo sacramenti omnes isti ex Sarracenis cõuersi, initiati sunt. Doctiq; à parochis de obseruantia sui baptismi, interius & exterius illud colãt, Mahomedo suo abiurato, & à suis cordibus relegato. Cui nullã facere iniuriã malè credunt, si catholicę fidei dogmata ab illis extorqueãtur, at Mahomedi sacra libamina ex animo quinquies in die peragãt. Vt ergo tã pestilentẽ errorẽ à cordibus eorum relegare valeãt, eisdẽ parochi ex diametro opponẽt obseruãtiam baptismi, ad quã tenentur à die spõsionis in tãto sacramẽto factę: in qua suo Mahomedo antiquo amico renunciarũt nõ ad tẽpus, sed ad reliquũ vitę cursum. Doctõris enim sacri officium est, (vt habet D. Aug. li. 4. de doct. christiana in principio,) & bona docere, & mala dedocere: itaq; in hoc opere sermonis cõciliare auersos, remissos erigere, nescientibus quid agatur; quid expectare debeat, intimare. Si docedi sunt qui audiũt, narratione faciendũ est: si tamẽ res de qua agitur, indigeat vt illis innotescat. Si verò qui audiũt, monedi sunt potius quã docendi, vt in eo quod iam sciunt agẽdo nõ torpeant, & rebus assensum præbeant, quis veras esse factentur, maioribus dicendi viribus opus est. Ibi obsecrationes, & increpationes, & coerciones, & quæcumque alia valent ad commouendos animos, nõcessaria sunt.

*Error profelytorũ ex ista scẽta.*

*De obseruantia baptismi*  
*D. Ambr. de ijs qui myste*  
*rijs imitatur*  
*to. 4. c. 4.*  
*D. Augus. li. de baptis. par*  
*uulirũ, & li*  
*bro. 4. de do*  
*ctrina chri*  
*stiana per to*  
*tum.*

His

## Vndecima Catechesis,

His ergo omnibus vtatur pius parochus catechesi suorū bene accinctus. Hora igitur cōpetenti, festorū dierū vespertina, sacro officio peracto; ad profelytos sermonē habeat, doceatq; eos omnia, & singula, quæ subditi ad salutē scire tenētur: de quibus latē Theologica schōla disse-  
*S. Tho. 2. 2. q. 2. per decē art. id probat*  
rit, & Theologorū suffragio profelyti isti scire, & credere tenētur omnes fidei catholicę articulos, ab ecclesia & explicitē, & implicitē propositos, & reliqua ad suā salutem necessaria. Quōd si hęc scire, & profiteri in tempore debent, ab aliquo magistro instruendi veniunt: vt probat  
*Ad Rom. 10.*  
apostolus ad Romanos intonās. *Quomodō credent ei, quem non audierunt? quomodō autem audient sine prædicante? quomodō verō prædicabunt nisi mittantur.* Cum ergo sint qui audiant, his missi sunt qui verbum Dei prædicent sine intermissione: sed oportebit Christi ministros, & verbi Dei seminatores semē euangelicum in terram benē cultam mittere, vt ad Christi exemplum dum pauca grana spargunt, multarum mesium fruges ex fide audientium suscipiant, easque in cœlestia horrea mittant. Pauca erūt grana huius feminis iuxta audientis capacitatem, & terrę frugiferę culturam: quæ vt dent fractum temporibus suis irriguis aquis, in frugiferis herbis diuelligatis, radijs solis super gramina lucentibus opus habebunt. Exēplum hoc valebit nostris parochis, vt in agro dominico, in quo est semē verbi Dei, ita laboriosi incumbāt, donec fermen multiplicatum colligant, collectoq; perfruantur. In hoc agro, de quo agimus malę herbę pullulātes sunt mendacia Mahomedi: hęc autem ita cautē remouenda sunt, vt dum veritas catholica iam seminata suas radices vnā cum isto mendacio miserit, & veritas diuino beneficio magis ac magis radicetur, & mendacium pullularis

de medio tollatur. Hoc factu facile erit, nam radijs solari-  
 bus veritatis mendacia apparent in altum eleuata, *cum* *Prouerb. 10.*  
*mendax aues volans sequatur ex dicto sapientis.* Harum  
 autem herbarum nomina soli vellicatores norint, nam  
 cū succos lethales in se contineāt, non oportebit illas no-  
 minare, vel exprimere: ne in cordibus illis, in quibus na-  
 tæ fuerant, vel minimam radicem mittant, vt iterum pro-  
 duci, & germinari incipiāt. Igitur hæc omnia ad spiri-  
 tualem culturam spectantia parochorū arbitrio manent  
 perficienda, nam missi à Deo ad salutem animarum ve-  
 nandam, ab ipso illustrati, & semē suo tempore, & super  
 terram bene cultam mittere, illudque, vt viderint expedi-  
 re, irriguis aquis fouere docebuntur. Dabunt autē ope-  
 rā, vt quæ acceperint Christianæ religionis profelyti do-  
 gmata, memorię mandent, & sequenti lectic ne repetita,  
 firmiūs memorię inherēbūt. Nam de acceptis mysterijs  
 interrogandi aures suas tantæ culturæ pariter quidem  
 accōnodabunt: & interrogati de iniuncto munere opti-  
 mam rationem dabunt: & collaudata eorum virtute, mi-  
 rum in modum crescet, & immensum gloriæ calcar ha-  
 bebunt. Illud namque iam animo nostro infedit, ex volun-  
 tate audientium illatum, & parochorum pietate accē-  
 dente docere volentium, in hac schola Christi tales eua-  
 ngelios discipulos, qui & Christum vbique prædicare va-  
 leant, & Mahometanos quosque sibi obuios deuincere,  
 ac superare. Quæ autē à magistris exceperint certa pro-  
 nunciacione, & copiosa methodo proferent, sanctorūq;  
 nomina sibi imposita, reuerenter, & incorruptē enun-  
 ciabunt, ne dum proprio nomine quemque Christi mili-  
 tem vocant, diuis tutelaribus iniurijs videantur voce nec  
 dum formata. Videtur namque quisque contempti ha-  
 beri,

*In hac cate-  
 chesi dū veritas catholica  
 proponitur, error contra-  
 rius cuius sit non nomine-  
 tur.*

*Repetitio le-  
 ctionis neces-  
 saria erit, vt  
 memoriæ cō-  
 mendetur.*

*Sanctorū no-  
 mina inte-  
 gra voce pro-  
 ferri debent.*

*Vndecima Catechesis,*

*Parochi doceant profelytos ecclesiasticarum ceremoniarum rationem.*

*Quod valor Missæ sit infinitus exp. Caiet. 3. p. q. 79 ar. 5. et Syluester in summa verbo Missæ. Et alij Thomiste.*

*Catechismus editus iussu Pij V. à parochis reuoluendus*

*Qualiter profelyti interesse debent Missæ officio.*

beri, dum nomen eius vel subiceretur, vel voce corrupta male enuncietur: quod vitio, & probro datur aliquibus, qui in alijs linguæ impedimentum deuincere potentes, hoc tamen neglexerant in sanctorum Tutelarium irreuerentiam, nec iam contemptum. Post fidei institutionem succedit expositio ceremoniarum ecclesiasticarum iuxta Apostolicas traditiones: vt illis presentes animo & corpore, non autem corde absentes, interesse gaudeant, fructumque ex omnibus abundantem suscipiant: at cumulatissimum ex Missæ perenni, & valoris ex vitæque parte infiniti sacrificio. Hinc vel minutæ ceremoniæ ecclesiæ rationem, & institutionem suis profelytis, iam in doctrina prouentis, dabunt, ex illo eximio; opere catechetico ad eosdem parochos iussu Pij. V. Sum. Pontificis edito, petitam, in quo plenius exhibetur omnes, quæ in sacramentis, & sacramentalibus, & alijs ecclesiæ ritibus sunt ab Apostolis, & Romana ecclesia institutæ. Hic ergo liber nocturna, diurnaque manu à parochis, pro quibus præcipue inscriptus fuerat, reuoluetur, & quæ fusius aliquantò ibidem leguntur, in gratiam istorum profelytorum ad breuè quædam summam reducentur, quod in utilitatem audientium cedet, vt dictum à nobis est. De assistentia dinino Missæ officio quædam parochi aduertent, à profelytis notanda, & opere adimplenda: quæ omnia memoriter retinebunt discipuli, præsertim si à magistris crebrius fuerint repetita. In primis, qua intentione ad sacramentale aquæ benedictæ accedere, & eadē signo crucis sese munire debeant, his verbis, hæc aqua benedicta sit nobis salus & vita: deindè quæ flexis genibus, iunctisque; manibus ante altera succubentes vni, & trino Deo cultum patriæ reuerenter exhibeant, & eundem Christo Iesu sub speciebus sacramentalibus latenti, quæ facta

facta ante altare peccatorū confessione, & oratione dñi ea repetita, subindè, absoluent. Postea omnia quæ ad populū cantātur, & quæ à parochis suis in catechesi acciperint, vnà cum sacerdote rē sacrā faciente secretiūs perorabūt, & ad eleuationē corporis, & sanguinis Christi dñi nostri, sub speciebus sacramentalibus cōtenti, distinctas præcationes repetita adoratione fide viuā, & charitate feruēda, animas suas tāto seruatori. cū suis actionibus, in Deum ex puro corde relatis, ipsi deuotè dicabunt, & ita fiet, vt deuota, ac pia petitio, suum effectū fortiat. Sed vt deuotiās sancto sacrificio adsint, prius de virtute illi⁹, proueniente à re in sacramento cōtenta, Christo, scilicet sub speciebus exui consecrationis latente, (vt dicere parochis ex officio incūbit,) in præhabita catechesi instruetur: proximū astantes cum sacerdote hostiam illam offerente, prius in cruce salutifera pro salute totius mundi à Christo redemptore nostro oblata, nam eam dem modo incruento, personam Christi agens, & ab eo habens virtutē instrumentalē medio sacerdotali ordine, Christi minister nunc offert: suasq; oblationes, dum offerentis manus deosculātur, ad eum deferent, vel ex fructibus terræ, vel ex proprio peculio, pro victu sacerdotis. Nam hunc vsum decimas, primitias, & oblationes quascūq; ad parochos offerēdi, retinet ecclesia à tempore Apostolorum, & retinebit semper tāquā ab Spiritu sancto edocta, pro victu sacerdotū sacro altari deferentiuū: vt indè victum recipiant, cuius seruituti ritu ecclesiastico sacrati fuere, nam *qui altari seruit, de altari viuere debet.* Inter Missarum sollempnia parochus alta voce, orationes ecclesie, fidei articulos explicitos, & diuina mandata in decalogo contenta, & alia quinq; ex præcepto ecclesie iniuncta, graui,

*Ceremonia  
in Missa par-  
agēda à pro-  
felytis.*

*Oblatio fiat à  
profelytis suo  
parcho cele-  
branti.*

*Inter Missa-  
rū sollempnia e-  
uāgelij expo-  
silio fiat, &  
ecclesie ora-  
tiones reciten-  
tur.*

& com-



*Vndecima Catechesis,*

& composita oratione recitabunt: at profelyti illa omnia viua voce excipientes, iterum formabunt solo proftrati, & capitibus detectis ob maiorem reuerentiã, Deo, & ministro suo debitam. Cum verò federint, breuem audient euangelij expositionem, eius, quod in missa fuerat decantatum, vt pro lectione vespertina aliquid retineãt, cuius meliorem, & exactam rationem præstare valeant.

*Catechesis fiat horis vespertinis.* Nam catechesis ad vesperam habenda, quasi expositio erit matutinæ exhortationis, inter magistrum & discipulos per modum interrogationis conferenda: ita vt magistro quærenti vnus respondeat, cæteris ad tempus tacentibus, donec vice versa de re aliqua catechetica quærantur. Quò fiet, vt de prioribus mysterijs iam in Missa propositis, protinus examinandi, animos tantæ culturæ at-

*Pœna taxetur à Missæ officio, & ob seruantiã di ci festi, & catechesi se subtrahentibus.* tentos valdè applicabunt. Quòd si tam sanctum, ac pium exercitium diebus saltim dominicis indicendum sit non solum stris profelytis, oportebit eos compellere, vel taxata pœna pecuniaria, quæ ab illis grauior habetur, rãm ad festorum dierum obseruantiam, quàm ad audiendum officium, vnà cum doctrina Christiana. In pœnæ illius solutione parochi dissimulare non audebunt: quibus pœna à suis prælatis iniungetur excõmunicationis per sententiam latam, si pœnam vel minuere, vel relaxare de facto tentabunt. Eadem sententia excõmunicationis lata erit cõtra eosdẽ, munera, vel dona, vel obsonia à subditis recipientes, qui hoc animo ea ad parochos ferunt, vt cum illis dissimulent, si à sacro, vel catechesi, per falsam quamdam excusationem sese subtraxerint: benè tamen ab illis, quæ ad victum cotidianum sunt necessaria, iusto pretio parochis comparare licebit: dum modò fraus, & dolus illis neutiquàm suffragetur. Qui si in aliquo die festo

à sua

à sua parochia absentes fuerint, ab alio parocho schedulam petitam, ad suum deferant, sin minus taxatam pœnā luant. Cùm autem publicæ litanæ, siue precationes generales ab omni ecclesia fiant, explicata causâ earũ, vel horarij intererunt: cum christiana pietas id exigat, vt pro omnibus, & singulis Christianis in necessitate positis, publicas orationes fundamus, si Christianam rem publicam saluam velimus. Si quis autem profelytorum suorum fratrum consortia in talibus actibus vitauerit, eidem pœnæ manebit obnoxius, cui subiacet ille, qui rei sacræ sua culpa, & desidia nō interest. Si autem prælato placuerit, vel minui poterant, dummodò in vsus propriæ ecclesiæ cõuertantur; ne profelytis parùm in fide firmis obganienti vlla detur occasio, & dicendi, sacerdotes rem suam ab illis extorquere, vt ditiores re aliena, quasi per rapinam cõparata, paulatim fiât. His omnibus, quasi pia quadam, ac debita animorum præparatione ad susceptionem sacramentorum, pœnitentiæ, & sacræ cõmunionis sese disponant iam benè instructi profelyti: nec dubito, si Christus in eorũ cordibus plenius formetur, quin ad omnia sacramēta ab eisdem admittentur, nec ea illis negabunt; cùm quæ gratis acceperint, gratis dare teneantur ex præcepto ipsius legislatoris. Cum omnibus igitur in fide, & doctrina Christiana prouectis, & ad sacramēta, recipienda pro modo suo accinctis, ita se gerat parochus quasi cum anti quis christicolis, qui omnes actus materiam pœnitentiæ sacramentalis integrantes, scilicet, oris confessionem, cordis cõtritionem, operis satisfactionem, parochi arbitrio habentes, digni iudicantur Christi lauacro, & mensa salutari. Quòd si in his actibus defecerint, parũ detineantur, donec diuino, & humano collato auxilio, debitè disponantur,

*Absentes schedulam ab alio parocho ferant, si res sacræ inter fuerint.*

*Sub eadē pœnâ interesse debet publicis litanis profelyti isti.*

*Catechesis disponit profelytos ad susceptionem sacramentorum.*

*Ita in catechismo ad parochos, sit. de confessione in principio.*

*Duodecima Catechesis,*

*Profelytus nõ  
bene disposito  
deprecatorie  
absoluetur,  
dũ melius dis  
ponitur.*

*Morisici ex  
mãdato epif  
copi, arbitrio  
parochi ad cõ  
munionẽ sa  
crã admittẽ  
tur, alijs nõ:  
quod iustitiã  
mandatũ est.*

*Matth. 2 2.*

*Oratio paro  
chorum pro  
suis profely  
tis, vt ad sa  
cramẽta sese  
disponant.*

*Iacob. 5.*

tur, & ad vtrumq; sacramentum dignè accedant. Quòd si hæc dispositio non ita, vt parochus procurat, citiùs con tingat, præcepto ecclesię de cõfessione profelytus acce dens ad illam, exterius satisfaciet, & absolutionẽ depreca toriam à suo parochò recipiet, interim dum ad sacramẽ talem conetur per maiorẽ animi præparationem. Nam qui nondum Algarabiam suam relegarũt, nec parochorũ catechesi ad fidei professiõnẽ nunc prouehũtur, quasi inculti in sua ruditate, & cordis stultitia, cęci ac miseri cõ morantur: cũ verò hi æquẽ sint cum alijs dispositi, & se cũdo post baptismũ lauachro mũdentur, & cõpti, loti, ni tidiq; ad regales nuptias sponsi cęlestis, & sacram conui ualem mensam accedãt. Qui si forsan sine veste nuptia li ad has nuptias intrauerint, citiùs cũ ignominia depul si, verba hæc audient increpantia. *Amice, cur hac intrasti, non habens vestem nuptialem?* Idẽd mittendus erit in tene bras exteriores. Non enim licet sanctum dare canibus, nec mittere margaritas ante porcos. Est enim à canibus cum ratione aliquid timendum: ne scilicet dentibus suis plusquam Theoninis suos parochos discerpant, & mar garitas verbi Dei, & sacramentorum ecclesiã lutosus suis pedibus cõculcent. Sed hæc parochus timens ad Deum cõsagiet, pro illis preces fusurus, qui repẽte ex lupis ves pertinis agnos facit, & eorũ animos, alijs feroces, ad om nem prorsus mansuetudinem, & obedientiam cõponit. Instabit adhuc parochus in sua oratione, & ad aliquẽ san ctorum sese conuertet, donec parochianis suis verã cor dium compunctiõnem, & ad sacramenta recipienda dig nã præparationem concessam esse, pie credat, licet cer tõ scire non possit. Spero autem multum valituram ora tionem iusti parochi apud Deum, si vmquam Dei spiri

tus parochis illuxit: quo adiuti magnam partam gloriã ex reductis ad Christi ouile errantibus cuius in se trãsmouere potentes erunt. At maiores huius gregis domini pastores, & ecclesiã principes, ad suum gregem requirendum ex manibus inferiorum pastorum saltem annuatim diuertent, & se uero examine rationem suorum profelytorum à parochis exposcent, & quid isti in illa catechesi profecerint, proprijs oculis uidebunt. Si autẽ pastor, vigilans super gregem suum, merce narium, non pastorem se cõduxisse pro grege illo intellexerit, qui oves non seruauerit, sed tantum lupo cõmiserit, ab eo damnatum suarum ouium requiret, & loco illius pastor nouus, nõ mercenarius, substituetur. Hic accepta à primario pastore, cui primùm oves cõmissã sunt, seruandi, pascendi, ad pascua, & cubitus in meridie ducendi, ac reducendi oves, forma per scripta, ad caulas gregis discedet, confidens in domino, daturus sibi facultatẽ super gregem suũ vigilandi, & arcẽdi lupos quosque ab ouili Christi. Quare maiores pastores, & officiales, eorum vices gerentes, sic vigilare super gregẽ, & pastores inferiores unã cum ouibus singulis annis requirere discent, ut bonis præmia & honores uditos, mercenarijs autem pro mercede debitas pœnas conferant.

*Episcopi vel  
uisitatores in  
doctrina Chri-  
stiana ex mi-  
nent profely-  
tos.*

*Forma pro  
seruandis cui-  
bus ab episco-  
pis dabitur pa-  
rochis.*

*Uisitatio epis-  
coporũ & suo-  
rũ officialiũ  
singulis an-  
nis est neces-  
saria super  
gregẽ & pa-  
stores.*

## COLLECTANEA

### Vndecimæ Catechesis.

- 1 *Ecclesia, Christi sponsa, duo uera habet lacte plena, in quibus predicatorum à sanctis doctoribus intelliguntur, qui huiusmodi, id est, paruulos suos pascunt uerbo, & exemplo.*

- 2 *Prædicatores verbi Dei, non tantum lacte, sed alijs escis; id est, varijs doctrinis maiores in fide præuectos pascunt; tanquàm forma gregis facti ex animo.*
- 3 *Prædicatio verbi iuxta Apostoli mandatum tribus modis fieri debet, vel per argumenta, vel obsecrationes, vel increpationes, prout necessitas audientis exposcerit.*
- 4 *Qui fictus audire vult, propè est, vt à tali fictione per Deum liberetur: vndè parochus de nullius profelyti salute desperare debet.*
- 5 *Parochus, qui de salute suorum desperans, non laborat in catechizandis rudibus, cum ipsis in infernũ trahetur; at laborans æterno præmio à Deo condecorabitur.*
- 6 *Parochus sanctorum lectioni incubat pro suis subditis in fide instruendis, & nominatos doctorum libros reuoluet.*
- 7 *Labor hic catecheticus à pueris inceptus à Domino prosperabitur, nam hi primùm lacte, deindè esca multùm proficient in fide, & bonis moribus.*
- 8 *Adultorum catechesis laboriosior est, præsertim in retinentibus habitum, & Algarabiam, quibuscum parochi laborare incipient, & hanc cathechesin hora diei festi vespertina Deo dante perficient.*
- 9 *Parochi tantæ catechesi addicti, primo loco prouideant, ne profelyti isti duo nomina gerant; & qui ex illis de nomine falsæ religionis gloriatus fuerit, ad iudices*

dices fidei deferatur iudicandus.

- 10 Parochi suis rudibus catechizandis baptismi sui obseruantiam, ad quam omnino tenentur, crebrius proponent, vt falsa nomina vna cum imponente Mahomedo obiurent.
- 11 Parochi doceant hos profelytos omnia & singula fidei catholicae documenta, quae ipsi scire tenentur post susceptum baptismum.
- 12 Parochi huic catechesi diligenter incumbant tanquam verbi Dei seminatores: qui ex paucis granis multas segetes collectas in horrea Domini mittent, pro quorum cedem confertam accipient.
- 13 Parochi vt semen suum crescat, fructumque afferat, malas herbas, id est, peruersa dogmata sectae Mahometanae radicitus a suis profelytis euellent, quod facient absque boni seminis damno, prout Deus dederit.
- 14 Parochi dabunt operam, vt quae profelytis in catechesi tradiderint, ipsi memoriae mandent: vt de illis in sequenti lectione rationem reddant.
- 15 Parochi de suis profelytis spem concipiant post hanc catechesin indictam, tales discipulos euasuros, qui & alios docere, & sectam illam impugnare valeant.
- 16 Profelytis parochus id primum praecipiat, vt fidei nostrae mysteria, & orationes ecclesiae, & sanctorum nomina incorrupta proferant, ne illa contemptui habere credantur.
- 17 Parochus suos profelytos de ecclesiasticis ceremoniis,

- nijis, & infinito Missæ valore, debitè informet; vt & illis interesse, & fructum capere valeant.
- 18 Parochus post offertorium Missæ, quod parochiani faciunt, eosdem instruet in doctrina christiana: quam alta voce pro ordinem proponet vnâ cū breui euangelij expositione.
- 19 Profelyti ad vesperam rationem dabunt eorū, quæ in explicando euangelio audierunt, quò attentiores verbo Dei intererunt.
- 20 Pœna taxabitur ab episcopo his, qui à Missæ officio, vel catechesi, vel obseruantia diei festi, vel à publicis litanijis abfuerint, applicāda proprijs ecclesijs, non parochis.
- 21 Parochi cum suis profelytis non dissimulent in pœnis ab episcopo taxatis, nec ob hanc causam munera ab eis accipiant; nam sententia lata ex cōmunicatio- nis contra eos erit, si aliud facere tentauerint.
- 22 Profelyti absentes à sua parochia in aliquo die festo ab alio parochio, cuius Missæ interfuere, schedulam ferent, sin minus; pœna ordinaria mulctentur.
- 23 Profelyti à suis parochis benè instructi ad sacramēta pœnitētiæ, & sacræ cōmunionis, si ad illa benè animati, & dissoluti fuerint, & pœnitentiæ materiales partes secum tulerint, admittentur.
- 24 Profelytus dum ad sacramēta non fuerit equè dispositus vt veteres christicole, ad ea nō venit admit- tēdus, donec per mediā catechesin magis profecerit.
- Profelytus

- 25 Profelytus quisque tempore quadragesimæ ad pœnitentiam veniens, si careat debita dispositione, per absolutionem deprecatoriam dimittetur: & vt ad sacramentalem conetur, parochus monebit.
- 26 Profelyti, siue Morisci ex mandato episcopi ad sacram communionem non admittentur, donec parochi testimonio veniam accedendi episcopus concedat.
- 27 Oratio fiet à parochis pro suis profelytis, vt diuino lumine ad sacramenta recipienda debite disponatur quam Deus audiet misericors.
- 28 Episcopi, & eius ministri in suis visita onibus à parochis requirent, an catechesin istam absoluerint, quod examine profelytorum certò id scient, ac deprehendent.
- 29 Forma in scriptis dabitur ab episcopis delectis parochis, pro seruandis, & catechizandis profelytis ex secta Mahometana, quam ex his catechesibus, prout voluerint, colligent.
- 30 Episcopi mercenarios pastores à suo grege exterminabunt: suasque oues pastoribus mature à se delectis committent, qui oues seruare, & lupos arcere velint.
- 31 Singulis saltim annis episcopi, vel ministri eius, parochos, & profelytos visitabunt, vt bonus præmia, & malis cõmeritam mercedem rependant.



# C A T E C H E S I S

## D V O D E C I M A, D E C V R A

pro mortuis gerenda.

*Locus D. Pauli declaratur. 1. ad Corint. 15. notum autem vobis facio fratres euangelium, quod predicavi vobis, & quod accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini; qua ratione predicauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis.*



**L** L V D timendum maximè in istis profelytis penes me semper habui, ne in sua Mahometana perfidia enutriti, & inueterati in gehennæ voraginem cum suo Mahomedo corruant, cum hac vita malè finiti fuerint. Cui tanto malo operæ pretium me facturum spero, si suæ perfidie me ipsum opponens, nondum eorum salute desperans, ad eos in Christo Iesu lucrandos in virgè periodo, fausto, feliciq̃ue pede deueniam. Audiui enim sæpius multa contingere inter calicem, supraque labra, & idè pro illis Deum summè oradum censuerim, ne ab euangelica doctrina patiatur in mortis articulo istos profelytos fore digressos, sed eorum infertus in fide stare faciat. Parochi autem officium erit, eos in fide vacillantes in ea hora confortare, tum sacramenta ministrando, tum ad veram fidem exhortando. Quibus pro salute suorum valdè sollicitis parochus Christi euangelium proponet, dicens cum Apostolo, *fratres*

*Locus catecheticus dilucidatur.*

*notum*

notum vobis facio euangelium, quod predicavi vobis, quod & accepistis, in quo & statis; per quod & saluamini: qua ratione predicauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. In quibus verbis Paulus aggreditur Corinthios reprehendere, qui seducti à falsis Apostolis de cōmuni omnium salute dubitabant, existimantes, neminem resurrecturū, cū viderent corpora mortuorum in terra sepeliri, & putrefieri. Hunc igitur errorem damnat Apostolus, probans mortuos per diuinam prorsus virtutem, & resurrectionem Christi fore de sepulchris surrecturos. Quod vt ostendat, rem ita exorditur. Notum vobis facio fratres hoc bonum nuncium, quo iusti omnes prænunciantur resurrecturi ad æternam gloriam: quod euangelium nō est nouum, sed iam olim vobis à me predicatum, & à vobis summo cum gaudio acceptum, in quo nunc statis firmi in hac fide cōmunis resurrectionis. Promiscuis autē loquitur Paulus, vt & hi, qui in fide sunt, gaudeant, & qui nutant, corripi se doleant, & corrigantur. Statis, inquit in euangelio resurrectionis vos, quē in fide constantes estis, per quod & saluamini. Nam hac viua fide ad æternam vitam pertingitis, cum ex hac vita migratis, credentes firmiter Christi tamquā primitiæ dormientium resurrectionem, & nostram ad eius exemplum futuram. Quam fidē vos adhuc tenetis, nisi frustra credidistis: peribit enim fides vestra nisi in Christi resurrectione fundetur, quę in illa veritate fundata, ab omnibus de illa cordatē sentientibus, prædicatur. Qui verò hanc resurrectionem non certa fide sperat, incassam profecto fidem proficetur, cū vera, ac viua fides charitate seruens, per dilectionem oportetur, per certam spem erigatur, & vsque ad claram visionem nos ducat, ipsaque ductrix foras maneat.

## Duodecima Catechesis,

**Ad Rom. 8.**

neat. Cum verò duplex inueniatur resurrectio, animæ, scilicet, ac corporis, de vtraque ad Romanos scribit Apostolus sub his verbis. *Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò viuit propter iustificationem: quòd si spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter habitantem spiritum eius in vobis.* Ecce qualiter nostra resurrectio per Deum in vltima die futura, ad Christi exemplar in vno spiritu, viuificante corpora nostra, perficietur. Nam sicut Christi humanitas, quæ à verbo æterno numquàm fuit derelicta in illo triduo mortis Christi, quàmuis anima illa à corpore separata per veram, ac realem mortem fuerat, per Spiritus sancti virtutem surrexit à mortuis, & in nouitate vitæ ambulauit, ita & nos per hanc virtutem in proprijs corporibus resurgemus, in eadem vitæ nouitate cum Christo ambulaturi. Sed heu miseros Mahometanos, vanis pollicitationibus à Mahomede deceptos, & in mille errores inductos. His namque ad paradysum Mahomedi, (seu verius dicam ad infernum) citius conuolaturis, beati mortui, qui in Mahomede moriuntur, ab eis æstimantur, quorum opera illos sequuntur.

*Profelyti in  
hora mortis  
à dæmone se  
ducuntur mil  
le modis.*

Dat autem operã humani generis seductor, vt ad suum Mahomedum singulos Sarracenos, & eorum posteros recta via ducat, nec amplius eos reducat: vt qui in carnalibus delicijs imitatores Mahomedi fuere, etiam sint passionum participes, & in tormentis socij in lacu inferni interiori. Omnem itaque lapidem mouet dæmon, vt sine sacramentis profelyti isti discedant, differtque ea ab hora in horam, donec sensus deficit, lumen ab oculis refugit, manus dissoluuntur, corpusque ab anima separatur,

paratur, quæ eterno carceri mancipata, falsa esse iam experitur, ac sentit, quæ Mahomedus suis commentis illustrauerat, suisque Mauris pollicitus fuerat. Nam paradifus deliciarum in aceruum tormentorum iam conuersus habetur: dulces virginum amplexus in pœnarum varia genera: lac, & poma pro cibo & potu, in flannum, & sulphur: loci amenitas, & vitæ securitas in lacum fœtidum, tenebricosum, horridumque: Fluuij lactanei, & melliflui, neſtare, & ambrosia ſuauiores, in atram flammam, & fumum fumantem, & condensum hortore, & tenebris: horti irrigui, ac pomis varijs pleni, fontesque puriffimi in fœtorem putridum, & chaos inextricabile, denique omnia deliciarum genera in tormenta inexplicabilia eis verſa ſunt: vt qui in hac vita mendacijs annue re, eiſdem abnuere, vel diſſentire non valeant, quoniam tempus omne ab eis dilapſum eſt. Vt igitur tantarum pœnarum ſortem, & Mahomedi participium iſti profelyti nunc temporis euadant, & in Chriſto moriantur, eo die quo in morbum inciderint, antequam medicus corporalis id iniungat, ſpiritualem medicum ad ſe deſerri efflagitabunt, à quo pœnitentiam ſalutarem, & reliqua ſacramenta, non ore tantum, ſed corde compuncto petent, & *Ley del orden* mira fide, & deuotione eccleſiaſtica ſacramenta pœnitentia, & euchariftiæ, extreme vnctionis, ſuis tēporibus alla *namieto real* titulo de las *penas de can-* ta & reuerentur, & reuerenter accipient, ne locus de *maria real:* tur dœmoni omne mendacium ſuggerendi, & ſpirituale *iſte punitur* medicinā ab infirmantibus in anima & corpore dilatādi. *quia ſuſpecto* Extat lex piſſimi regis Caſtellæ Alphōſi. XI. cōtra eos, *de violēcia ſu* qui malitioſè, cum id præpediri poſſent, ſine ſacramen- *ſpicioe hãro* tis diſcedere ex hac vita elegerunt, quæ ſic habet in no- *ſtro Hiſpano ſermone. Qualquier que muriere ſin cōfeſion, ſis.*

## Duodecima Catechesis,

*e sin comunion pudiendo fazer, e no lo fixo, pierda la meytad de sus bienes para nuestra camara.* Concordat cum hac lege. l. 8. ordinam. tit. 1. de si. cath. quæ est Henrici. 3. & cū alia, quæ est. 5. li. 1. recop. tit. 1. si tamen illo anno non fuerit confessus, nec ad sacram communionem accesserit, tunc hæreticus præsumitur secundum Anton. & Felinum in rubrica de hæreticis in auth. de præuilegijs dotis mulierum non præstandis. col. 8. §. 1. Nam iustè vocantur hæretici non recipientes sacram communionem in ecclesia catholica, vt habetur. c. faculares, cum cap. seq. de cons. dis. 2. & Cardinalis Turrecremata in C. si. nu. 5. dis. 30. & Martinus Nauarro in manuali conf. c. 26. num. 32. & iste talis non est tradendus sepulture ecclesiasticæ, quia decessit in excōmunicatione, ex. c. omnis vtriusque sexus. Quæ omnia latè probat doctissimus Didacus Peresius in suis cōmentarijs ad leges regalis ordinamenti. Sed ne multùm auidum lectorem remorari videar, dicam breuiter, quæ sacramenta, quoque ordine istis profelytis sint ministranda in fine vitæ, nam crimen sacrilegij admittitur æqua lance in denegando illa dignis, sicut & indignis conferendo. Quæ autem gratis acceperunt Christi ministri, gratis debent alijs ministrare, ex manda

*Regula gene* to eiusdem ad omnes sacerdotes extenso. Si ergo profes-  
*ralis pro illis* lytus ex secta ista, sui parochi opportuno adminiculo, de  
*qui in fine vi* peccatis integrè confessis debitè conteratur, & vel timo-  
*re ad sacramē* re pœnarum inferni attritus saltim iudicetur à suo paro-  
*ta admittuntur.* cho, & iniunctam pœnitentiam prompto animo acce-  
pret, tunc ad tria sacramenta pœnitentiæ communionis,  
extremæ vnctionis admittendus erit, aliter & sibi, & sub-  
dito iniurius parochus manifesto iudicio erit. Nam vnū  
sine altero non erit tali infirmo ministrandum, etiam in  
extremis

extremis laboranti. Quòd si in ante acta vita infirmus iste sacram communionem nō acceperit, si modò videatur benè dispositus, non erit à tanto sacramēto repellendus, cum Deus in momēto, vel ictu oculi emolliri soleat cor hōinum, aliàs durum, & lapideum. Hoc fiet præ lato consulto, si locus datus fuerit, sin minus licentiam à iure habet parochus sacramēta ministrandi suis subditis, cum viderit expedire. Ob hoc autem à præ lato tātæ rei conscio parochus potius cōmendabitur, quàm vitupere tur, vt pote qui salutē spiritualem suo subdito modis omnibus procurauerit, & suam, & subditi animā (vt potuit) saluam fecit. Si verò non debitè attritus infirmus parochus videatur, etiam post summā diligentiam adhibitam, per formam deprecationis eum absoluet, sacram que vn ctionem eidem non ministrabit, sed totum rei secretū, & salutis eternæ animæ illius remedium soli Deo cōmit tentur. Dabit autem operam proprius sacerdos, vt ante susceptionem sacræ vn ctionis, fiat ab infirmo, grauis, ac certa fidei professio, & cum illa etiam Mahomedi, & suæ ementitæ religionis abiuratio, absque vilo linguæ vi tio, ne profelytus dum proferre mādatur hæc verba, ab nego Mahomedum, allego verbum substituat, illamq; voce colat, quem mente, & corde fouere didicit. Hoc au tem quia vidi, literis mando, vt parochos horum profelytorum de tanto malo, quasi de angue sub herba laten ti, certiores faciam: nā hucusq; aliquorum neochristia norum malitia peruenit. Sed tamen ante sacramenta, vel paulò post suscepta pœnitentia, valetudinarius iste piam pro anima sua causam, & heredē bonorum ex testamen to instituat, vt in omnibus suæ fidei alijs exemplum relin quat: quò fiet, vt & catholicus ab omnibus censeatur, &

*Profelytus in fine vite ab iurare debet Mahomedū.*

*Profelytus in firmo anteq̄ ad sacramēta accedat, p̄ causā pro ani ma sua institu at, & herede m ex testa mento.*

*Duodecima Catechesis,*

*Qualis sepul-  
tura sit eligē  
da a profely-  
ta.*

*Profelytus  
suā fidem ca-  
tholicā, & he-  
nedictionē si-  
lijs relinquat*

inter veteres christicolas merito cōnumeretur. At elige-  
re non debet sepulturam in lato cæmeterio, quamuis sa-  
crato, quæ solis radijs illustretur, & quæ alium non susce-  
perit tegendum: nam Arabes hanc sepulturam virginē,  
sole perfusam vndiq; statuūt pro humanis corporibus.  
Nec minus dimidiā Missam in sacrificium pro anima sua  
ab igne purgatorio liberanda in tabulis conscribat, cum  
filijs suis coaceruatam pecuniam, & bonam cōuassatam  
suppellectilē dimittat. Deligat autem sepulchri locum  
in loco sacramēto altaris viciniore, mandetq; pro anima  
sua sacrificia, & oblationes fieri pro modulo suo, & pieta-  
te, vt quam citius à pena purgatorij liber euadat: si id ali-  
ter fecerit, grande saxum ab ædituo paretur, quo sepul-  
cræ signi loco infixio, cadauer notum fiat, si quādo in illud  
pœna hæretici conuicti dicatur. Sed adhuc parochus in-  
stāte morte à lectulo infirmi ne discedat, donec filios in  
catholica sua fide instituat, & largā benedictionē, (ipsis  
perentibus) quasi hæreditariam portionem infundat: nō  
tamen occultius Mahometanam perfidiam, vt aliqui fa-  
cere sunt soliti. Mandet autem alter ex duobus medicis,  
vt æger supinus in lecto iaceat, oculosq; in cælū, Deum  
oraturus, attollat, cælumq; subitō petiturus spe Chri-  
stiana suspiret, ne si in faciē cubet, certus Mahomedi cal-  
tor habeatur. Nam Mauri animas suas iam exhalantes, in-  
facies suas cubare solent, vt corde, & voce Mahomedū,  
& dæmonem illius vocitent, vt eos ad Mahomedum de-  
ducat, numquā ad superos deducturus. Hæc quidē ater-  
næ mortis certa indicia de istis profelytis sectæ Maho-  
metanę interdum addictis circūferuntur: quę à parochis  
extermināda veniunt, vt in Dño profelyti moriantur, nō  
autē in Mahomede. Qui si omnia absoluerint iuxta pa-  
rochi

rochi consiliū (prout tēētūr) nullā post se notę perfidię suspicionē relinquēt; sed potius bonū nomē, quod teste Salomone, melius est quam diuitiā multā. Si vero contigerit, postquam ecclesię sacramēta ab infirmo efflagitatur illū vsu linguę, & iudicij acumine priuari, ita vt neq; verbis, nec signis cōfiteri valeat, si astātes suę petitionis, & doloris pro peccatis asūpti testimoniū dederint, & cōtinuō credatur moriturus, recōcilietur per manus impositionē, & infundatur ei eucharistia, vt decretū est in multis cōcilijs. Nā licet varij doctores variē de hac re sentiāt, quę sunt in fauorē pœnitentiū nō tā sunt à nobis restringenda, sed potius cū ratione dilatāda: vt virute sacramētorū infirmus ille iuuetur, qui imposuit ad sacramenta, quę petierat, recipienda. Qui adhuc, vt erat ad sacramenta benē animatus, & edoctus, si eloqui posset, iterū sacrā eucharistiā pro viaticō sumendam petere; etiam oleo sancto iam perunctus: quam parochus dare teneretur omnibus petentibus, & his præsertim qui vñm haberēt tantum sacramentum recipiendi. Hunc autem effectū sacramentum illud viaticū in recipiente dignē, ac deuotē, mirificū ederet, quod illū liberū faceret ab omni pœna purgatorij, si in illo medio tēpore inter sacrā vñctionē, & secundā cōmunionē, lethale peccatū infirmus iste nō admiserit, ac validē pœnituerit. Hoc autē gratis assertū ne ab omni pœna purgatorij: cuius fertur, donec à tota pœna purgatorij liber manet: sicut liber piē creditur ab incolis Granatenſibus suus præful domini Petrus Guerrero, primarius huius sententię auctor, terq; beatus Pontifex, literis, sanctitate, ac pietate. Qui ita in domino vixit, sicut in ipſo animam efflauit, dicens

*In cōc. 3. Carthag. can. 34  
& in 4. Carthag. can. 76  
& in concilio Arausica. r. cap. 12. & in Manuali Leonis. X. Romæ edito.*

*Qualiter quis per sacramēta liberetur ab omni pœna purgatorij: cuius fertur auctor fuit dñs Petrus Guerrero. ro Archiepif. Granatenſis*



*Undecima Catechesis,*

*Mors dñi Pe  
tri Guerrero  
præsulis Gra  
naten.inChri  
sto.*

*D. Aug. li. de  
cura pro mor  
tuis c. 2. dicit  
curatio fune  
ris, conditio  
sepulturæ, pō  
pæ exequiarū  
magis uiuo-  
rum solatia  
sunt quā sub  
sidia mortuo  
rum.*

se ita credere cœlestia, quæ sperabat, ac si proprijs oculis vidisset. In hac fide defunctus est pater ille noster, sanctissimusque præsul ab omnibus acclamatus, & reprobationem citò accepit, & suæ vitæ periodum pro illa acquirenda quasi vitæ nostræ normam filijs suis, immò catholicis omnibus reliquit. Sed ad parandum funus catholici profelyti in Christo morientis iuxta fidem sanctorū patrum deueniamus, ne fortè astantes, si Mahomedi affectu deuotè interfuerint morienti, in eius cadauere in vltima die resurrecturo, vel in electione sepulturæ, aliquid superstitionis Mahometanæ pertentent. Corpus enim terræ mandandum Sarraceni & lauare, & vngere de morte habent, pretiosisq; vestibus circumcingere: qui vt sunt crebris lotionibus (vt olim Iudæi) dediti, nisi cadauera lauerint prius, nec à peccato libera, nec resurrectioni apta fore credunt. Aqua verò elemētari etiam leuia peccata tolli, condonariq; à Deo, sicut temerè Mahomedus asseruit, sic ipsi leuiter acceperunt, vt verè de illis sit contorta Sapientis sententia, *qui citò credit, leuis est corde.* Igitur expediet multum parochum interesse cum illis, qui corpus exanime sepeliendum curant, vt illud quasi sacro chrismate perlinitum, in loco sacro recondatur, serueturq; in diem vltimam à Deo in eadem carne suscitandum: qui sicut creator est omnium, etiam est suscitator: vt pote qui scientiam habet solus iterum ex eodem puluere hominem in cineres redactum formandi, & quasi de nouo eundem prorsus creandi. Hæc autem diuina scientia cum omnipotentia referta latet eos, qui corpora defunctorum terræ mandata, & in puluere redacta vidētes, & falsa sua opinione ducti, futuram resurrectionē omnium hominum ad vniuersale iudicium nō capiunt,  
nec

*D. Aug. li. de  
cura pro mor  
tuis gerenda  
ca. 4. & 5. et*

*D. Greg. Nis  
senus lib. de  
format. ho-  
minis.*

nec immortalem spiritum hominis sentiunt, Sed Mahomedus perperam de finali iudicio, & de mortuis à Deo suscitandis est locutus: nam passim de duobus istis mysterijs, quasi suos Mauros, ac Barbaros Sarracenos perterrens, extrachorum, & lyram, orationem habet. Sed tamen cum in his mysterijs Christianum virū velet agere, nondum tantorum mysteriorum veritatem fuit affecturus. Nam iudicium particulare, pro vnoquoque ad iudicium sistendo, relicto vniuersali pro illis, qui in vltima die morientur, Mahomedus agnoscit: in quo bonis præmia, malis autem æterni cruciatus à Deo, & angelis suis conferentur. De resurrectione etiam vniuersali falsam sententiam ipse intulit, breuiter illam futuram esse, nec Deum longo tempore eam differre, sed tantillum expectare, donec anima à pœna peccatis respondentem libera, corpori suo vniatur, & potu, ciboq; in sepultura recondito, vt cumq; refecta, cœlos conscendat. Quia verò ab inferis resurgenti longa terenda via est, pro sumptibus in via faciendis, ad caput defuncti nummos reconditos apponunt, ne vel in via deficiat, vel mendicare cogatur. O ridiculū caput Mahomedi! o sententia tanto viro digna! o dogmata ex vacuo cerebro prodeūtia! Si resurgens ex mortuis cœlos cōscendit, vel ad inferos descendit, quid opus habet cibo, potu, nummis pro sumptibus necessarijs in via? Delirat in omnibus, qui solo mendacio fultus, suo tantū spiritu, & cerebro huc, illucque diuertebatur, vagusq; in sua cogitatione, & mille nenasias, & opposita mendacia suis inscijs, stolidisq; Mauris cotidie adducebat. Hęc vana & irrationalia Mahomedi dogmata, potiùs præsentia sua, quàm graui oratione in tempore facta in hac hora tradendi sepulturæ corporis

*Mahomedus de finali iudicio, & de resurrectione mortuorum perperam est locutus.*

*Pœna ista in sepultura infligitur, non in alio purgatorio.*

*Superstitiones mille habent pro selecti in sepeliendis suis defunctis.*

*Duodecima tertia Catechesis,*

*in libro de  
vita  
et  
morte  
et  
resurrectione*

*Viri boni  
citò resurgent,  
& mulieres  
in sexu virili  
resurgent.*

*Qualiter  
resurrectio  
mortuorū à  
Mauris de-  
prehenditur.*

*Auicena di-  
cit hunc para-  
dysū plebeū  
in Azora. 64  
à sapientibus  
fuisse contem-  
ptum.*

exanimis, parochus præpediet: qui dum multa de finali iudicio, & mortuorum instantanea resurrectione, in iudicij oculi proponit, omnia ista cōmenta, quasi incogniti auctoris solo prosterneat, & à catholica fide aliena multis argumentis cōprobabit, si id audientium necessitas expostulare videatur. In alio etiam luto Mahometani hēsītāt, de quo non auisim dicere, an à suo incantatore, an verò à suis Alphachinis acceperint, ne illis molest⁹ videar. Crederent namq; ipsi suorum mortuorū citius futurā esse resurrectionē, præsertim bonorū virorū, qui in lege sua nimis religiosè vixerūt: quos ad suum Mahomedū feliciter peruenisse hoc præfagio Mauri deprehendūt. Per campum oīsib⁹ plenū, in quo Mauri distinctim, ordinatimq; iacent, equum, vel mulum pastum ducunt, fræno liberum, qui dum per sepulchri loca vagatur, viridique herba pascitur, sic cadaver nuper humatum non exhorruerit, illud iam, solo hoc præfagio, cum Mahomede degerit, in anima & corpore conjiciunt; nec sepulchrum effodiunt, ne de mendacio suo ab ipsis aridis oīsibus arguantur. Hoc testimonium bestiarum bestialibus hominibus abundè est sufficiens, quoniam sicut sunt iudicij expertes in multis, ita quæ ab animalibus, ventri tantum indulgentibus, auspicari sunt soliti, pro rebus certis in suos animos inducunt. Hęc certa est multorum Arabum religio, vt ab his, qui sectam illam ex animo renunciant, fideliter accepimus, quam sapientes ex illis quasi vana præstigia, vnā cum illo paradyso à Mahomede cōficto, contempti habent, & ab ipsa veritate aliena censent. Qui autem tam leuiter credunt mortuorum resurrectionem iam factam, vt cum suo Mahomede carnalibus suis delicijs perfruantur, etiam de eorum apparitione

tionem viuis facta in proprijs personis multa prædicant, qui vana somnia, & auguria incerta curiosè sectantur. Longam præterea, nimisq̃ ridiculam suorum somniorum interpretationem afferunt, tam viri, quam mulieres: sed præ viris superstitioniosiores sceminas video, ac incantationibus, somnis, augurijsq̃ magis deditas. De his verò in his chartis dicere consuito prætermisi, tantarum Arabicarum superstitionum, quasi tædio magno affectus, & earum multitudine obutus. Quare hæc nostra scripta de erroribus Sarracenorum circa mortuorum resurrectionem parochi perlegent, quæ licet à nobis per summa capita fuerint collecta, ab illis tamen, qui in hæreticos sua tela vibrarunt, latius suis telis vnà cum assertoribus confodiuntur. Nam & sancti doctores, Græci, & Latini, in hac arena feliciter insudarunt, & moderniores eorum discipuli, tales magistros sectati, de hæreticorum, & hæresum suarum confutatione plures libros ediderunt: quos omnes pij parochi, salutem suorum sitientes, à summo vsque ad minimum apicem reuoluent, vt hanc catechesin cum lucro animarum perficiant. Dicentque cum Paulo suis profelytis, eos quidem ad veram fidem monendo. *Si autem Christus nõ resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis & fides vestra: inuenimur autem falsi testes Dei. Sed accedat illatio theologica tãti doctoris. Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientiũ, quoniã quidẽ per hominẽ mors, & per hominẽ resurrectio mortuorũ: & sicut in Adã omnes moriuntur, ita & in Christo oēs viuificabũtur.* Ecce intercapedine longã inter Christũ Deũ & hominẽ, & Adamum purã creaturã: ex vno priori Adamo subsecuta est mors, ex altero vita animab⁹; & corporib⁹ cunctorũ mortalium, ita vt audeat

*Scriptores cõtra hæreses legãtur pro his erroribus refutandis..*

*Pater Castro, & Pater Feuarderius cõdij.*

*1. ad Cor. 15.*

1. ad Cor. 5. *idem* Apostolus dicere, nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem, & si cognouimus secundum carnem Christum, sed doretum sumus, iam non nouimus. Annuit ad Christi immortalitatem per hunc locum. *D. Epiphani.* li. 3. to. 2. pro pe sinem. Et *D. Ambrosi.* to. 3. in oratione de fide resurrectionis. Et *Diui Grego. Nisse* nu. lib. de formati. hominis. Et *D. August.* to. 6. contra Faustum Mani. li. xi. c. i. 4. 6. & 7

dum carnem, & si cognouimus secundum carnem Christum, sed doretum sumus, iam non nouimus. Annuit ad Christi immortalitatem per hunc locum. *D. Epiphani.* li. 3. to. 2. pro pe sinem. Et *D. Ambrosi.* to. 3. in oratione de fide resurrectionis. Et *Diui Grego. Nisse* nu. lib. de formati. hominis. Et *D. August.* to. 6. contra Faustum Mani. li. xi. c. i. 4. 6. & 7

in carne, ex crucis victoria reportatam, quam nobis communicatam esse palam contendit, quia nolimus spoliari, sed superuестiri in gloria, ut absorbeatur quod mortale est a vita. Licet enim intercedat separatio animæ a corpore, hoc ex peccato peruenit, sed certa est immortalitas in utroque, his qui in Christo mortui sunt. Hæc retentione firmiter profelyti, nisi frustra crediderunt, quibus effectum mortis, & nouæ vitæ in Christo, & in nobis patrochi suo tempore proponent, ut iam peccatis mortui, Christo uiuant, & cum illo ad æternam gloriam resurgant, secundam mortem amplius non uisuri.

## C O L L E C T A N E A

### Duodecimæ Catechesis.

1. **F** R V S T R A Credunt, qui Christi resurrectionem firma fide non tenent, ex qua nostra resurrectio animæ, & corporis pendet.
2. Demon humani generis seductor Mahometanos, & eorum posteros, in mille errores circa resurrectionem mortuorum induxit.
3. Qui in mortis articulo sine pœnitentia discedunt eua sua, hi dimidia bonorum suorum portione multantur lege Pijssini regis Castellæ Alphonsi. XI.
4. Profelytus ad pœnitentiæ sacramentum dispositus, in mortis articulo ad reliqua etiam admittetur. Sin

minis

- minus per formam deprecatoriam absolutus diuino relinquetur iudicio.
- 5 Profelytus in illa extrema hora ad habendam peccatorum attritionem a suo parochio excitabitur, ut sic ad sacramenta omnia accedat. Quod fiet prelato consulto, si commoditas temporis adsuerit.
  - 6 Profelyti antequam oleo sancto perungantur, fidei publicam professionem, & Mahomedi abiurationem coram testibus faciant: ut in Christo, & non in Mahomede mori censeantur.
  - 7 Profelytus pro anima sua piam causam instituat accepta penitentia, antequam ad sacramentum communionem accedat; eligatque intra ecclesiam sepulturam, si id aliter fecerit, in loco signato sepeliatur, si forsan in illum pena dicenda sit.
  - 8 Profelytus in Christo moriens suam catholicam fidem, quam fuerat professus, & paternam benedictionem filiis suis, quasi hereditariam portionem relinquat.
  - 9 Profelytus iam iam ad Deum migraturus ex mandato alterius medici in faciem ne cubet, quasi Mahomedi cultor: cui parochus usque ad mortem assistet, ne ab aliquo peruertatur.
  - 10 Si contigerit talem infirmum, dum petit ecclesie sacramenta, usu lingue priuari, potest & penitentiam, & sacramentum communionem recipere, si sue petitionis astantes testimonium dederint, & in usu haberet.

- 11 *Omni pœna purgatorij per sacramentorum virtutem potest quis liberari, præsertim si post extremã vñctionem sine peccato mortali viaticum sumpserit, ac validè pœnituerit.*
- 12 *Parochus seruando caduero, & parando funeri etiam piam suam operam præstet, ne in illo aliquam superstitionem quis pertentet.*
- 13 *Defuncti corpus, quia oleo sancto, & chrismate est perunctum, in loco sacro humari debet, & ibidem tamquam in Christo in die nouissimo suscitandum obseruari.*
- 14 *Curatio funeris, conditio sepultura, pompa exequiarum magis viuorum solatia sunt, quam subsidia mortuorum; quia etiam nondum humata sanctorum ossa Dominus custodit, dicit pater Augustinus, tamè hæc non sunt à Christianis contemnenda.*
- 15 *Mahomedus fatetur iudicium mortuorum particulare, non generale in die nouissimo; cuius timore incusso suos Arabes à peccatis sæpius deterret.*
- 16 *Mahomedus resurrectionem mortuorum breuiter futuram contendit: quam factam iam esse vanis quibusdam auspicijs Mahometani augurari solent, quæ ridicula sunt.*
- 17 *Mahometani necdum fidei lumine supernaturali perfusi, in sepeliendis suis mortuis vanos ritus obseruant, quasi à fide resurrectionis alieni: negantquè purgatorium.*

- 18 *Errores circa mortuorum resurrectionem à sanctis patribus, & modernis doctoribus, per ordinem impugnantur, pro quibus refutandis lectio ista pijs parochis demandatur.*
- 19 *Qualiter Christi resurrectio mortuis in illo suam virtutem operetur, latius aperitur: quod parochi suis discipulis in catechesi habenda referabunt.*
- 20 *Vtraquè resurrectio mortuis in Christo ab eo provenit, cuius fides adeò est omnibus necessaria, ut sine illa vana sit fides, vana & euangelij prædicatio.*
- 21 *Hæc parochi prædicabunt, ut sciunt profelyti mortem semel à Christo victam in illis locum non habituram, si per Christi gratiam adiuventur: in quibus mors secunda non erit, sed vini cum Christo regnabunt.*
- 22 *Habita documenta ad catechismum profelytorum, tam puerorum quàm adultorum spectant, quæ parochi diligenter obseruabunt, si suam, & suorum vitam volunt.*



# CATECHESIS

## DECIMATERTIA, DE LEGIBUS CONDITIS, & CONDENDIS.

Apostolus altè intonans auditur in hæc verba.  
I. ad Timoch. I. *Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime vtatur, scientes hoc, quia lex iusto non est posita, sed iustis, & non subditis, impijs, & peccatoribus.*



**D**ICTVRVS aliquid de obseruantia conditarum, condendarumq; legum pro salute, & regimine istorum profelytorum ex secta Mahometana, indè exorsus sumus, vnde D. Paulus institutionem, eruditionemque sui Timothei, quem pseudoapostoli calumniabantur in multis de lege argumentis, feliciter profecutus fuerat. In Timotheum namque isti falsi apostoli sua tela, & argumenta vibrabant, eò quòd in legem circumcisionis vehementer irrueret, cum esset ipse à suo magistro paulò ante circumciscus. Hoc autem ad horam fecit Apostolus, ne Timotheum ad Iudæos missum, parùm attentè audirent, & quasi ex patre Gentili, matre autem Iudæa electum Iudæorum episcopum, ac doctorem vilipenderent, si incircunciscum viderent. Què in omnibus tã legis veteris quàm nouæ quæstionibus Paulus instruit, vt in illos pseudoapostolos acriter inuheret, docens eos tam circumcisionem, quam omnem legem scriptam, adueniente lege gratiæ, antiquatam esse, nec postea amplius quemquam obli-

obligare. Dum vero Apostolus in sui discipuli iustificatio-  
ne gradam sistit in ipso prioris epistolę exordio, in nouę  
legis encomium, & veteris abolitę intentionem incidit,  
quę duo vnico verbo complectitur dicens. *Scimus autem  
quod bona est lex, si quis ea legitime utatur.* Quasi dicere ve-  
lit, lex illa, vetus quam vos Iudęi superstitiosi adhuc co-  
lere vultis, bona, & utilis est, si quis ex vobis ea legitime  
utatur: nam vos in bonum finem, & legem euangelicam  
manuducet: sicut intendit ipsa, vt qui terrores illos refu-  
git, citò confugiat ad legem gratię, in qua per Christum  
ab omnibus malis quilibet trās fuga vnus legis ad aliam  
liberatur. Nam iusto nõ est illa lex timoris posita, quam-  
uis bona sit, si quis ea legitime utatur, prout ipsa intendit.  
Iustus enim nullis terroribus, vel minis nõouetur ad le-  
gem illam implendam, sed finem legis capiens ad perfe-  
ctionem tendit, & verticem legis euangelicę, nullisque  
suis meritis præcedentibus, sed gratis per Christum, le-  
gis consummatorum, iustificatur. Vritur enim legitime  
iustus in hoc tempore (inquit Apostolus) sua lege scri-  
pta, quę aduenientis fuit figura, si ad legem gratię tran-  
sfugit, suamq; iustitiam ab ea expectat, per Spiritum san-  
ctum condonandam. Hoc enim scire omnes debent,  
quod lex iusto non est posita, quia iustus sine timore in-  
stigendę pœnę, legem adimplet: sed iniustus, & non sub-  
ditis, impijs, & peccatoribus, quibus virtus legis coerci-  
ua à malis retrahit, iustosque ex iniustis efficit, subditos  
ex non subditis, pios ex impijs, sanctos denique ex pec-  
catoribus. Cum enim lex quęcumque subditos in bonũ  
finem dirigar, sancta dicitur, bona, & utilis: at cessante il-  
lo fine, vim legis amittit, & deinceps nullũ ad suam ob-  
seruatiã obligat. Lex itaq; tēporalis, de qua in præsentĩ

Duplex vir-  
tus legis.

in nobis instituendus est sermo, utramque vim habet, directiuam, scilicet, & coerciuam, priori bonos, & iustos viros efficit, posteriori iniustos retrahens ad legis culturam trahit, à poenaque legis in tempore liberat. Regibus autem & potestatibus huius sæculi Deus supremus legislator post legem diuinitus iraditam pro salute æternâ totius humani generis, facultatem concessit condendi leges, & præcepta, & easdem pro temporis necessitate abrogandi, quæ postquam lata fuerint & legislatores, & subditos diuersimodè obligant. Nam legislator sua lege, quatenus directiuam in bonum, tenetur: reliqui ad quos spectat directiuam, coerciuamque, ut pòte quæ à Deo, & non ab hominibus virtutem habeat, vimque obligandi præferat: ut Deus ipse legum primarius auctor palam ad homines con-  
testatur dicens: *Per me reges regnât, & legum conditores iusta decernant, per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Et illicò, ego diligentes me diligo, & qui mane vigilarunt ad me inuenient me.* Quòd verbum ad legislatores dictum intelligo, qui comparare sapientiam pro condendis legibus debent mediâ Dei dilectione: ut qui Deum diligunt, ab eo diligantur, lumineque cœlesti perfundentur, cum suo legislatoris officio benè funguntur. Hanc igitur sapientiam per diuinam dilectionem Castellæ re-

Catholici reges post deum  
ctos Granatæ  
ses: sicut leges  
talere, quæ in  
fectæ in suo  
facello seruâ  
tur Granatæ.

ges, iusti ac pii, pro suis legibus ferendis, inuestigare soliti sunt: & præ alijs catholici illi nuncupati, quos reuerentiam, & honoris causa nomino, Ferdinandum, & Isabellam catholicam Hispaniæ reginam, dum suos dedititios Moriscos Granatenfes neochristianos factos, in pace publicè continent, & sub Christi lege eos militare mandant. Pro illis enim opportunas leges tulere, quæ si illo in tempore aduersarijs fide sua publica placeret, exorta postea mala

mala ciuilibus rebellionis his diebus pullulantia nondum edita fuissent. Quod si catholici reges periculum capitis populo illi tunc temporis indixissent, si leges sanctas acceptaret, cum reliquis conditionibus, quas cum illo pepigerant, nondum violandas censerent, vim omnem sui regij diplomatis non eneruassent, nec infectum in suo Saccello Granatensi reliquissent. At si ficta fides illorum non esset, hæc ad preces humiles, nusquam admittendas a regibus tam catholicis, descendere non auderet. Horum exemplum tantorum principum secutus Philippus primus Archidux Austriae, & Hispaniarum rex, regale sceptrum cum Ioanna regina tenens, regium illud diploma pro Moricis Granatensibus editum, renouandum decreuit: vt ex Mauris vna die omnes Christiani in publicum prodirent, nostro habitu præcincti: qui postea suas voces Hispano idiomate paulatim formarient, ac tandem sui Mahomedici amicitiam fregissent, datis iam suis nominibus Christo Iesu seruatori nostro. Sed eum ipsi cum tanto Philippo precibus suis nihil proficerent, accedit illic inuida mors, quæ dum de medio tantum Philippum rapit, in cælum migraturum, rem ipsam infectam tunc reliquit. Sed tanti Philippi certa proles Carolus, dum Granatam cum vxore charissima ad regnum in pace regendum tantillum diuertit, videns rem hanc à suis catholicis aibus infectam, quam alta sua mente repostam gerebat, eam cum sui senatus regij proceribus, literatisque viris, vtrò, citroque communicat, & edenda sanctionem suam ad exemplum alterius antiquatæ iam parat. Sed fraternus amor subito Viennam vsque ad Turcas superandos è Granata aduocat, & dum Turcas timidos ac formidolosos solo nuncio sui aduentus fugat, Mauros

*Philippus. 1.  
Hispaniarum rex  
infectas leges  
exequi parabat, sed  
morte præu-  
tus perficere  
nequirit.*

*Ferdinandus  
Roman. Rex  
apud Viennam  
à Turcis opp-  
ressus, à fra-  
tre Carolo. V.  
Imperatore  
Augusto libe-  
ratur, anno.  
1516.*

Grana-

Decima.tertia Catechesis,

Granatenſes in ſuo habitu, & lingua, & falſa religione dimituntur, pro quibus habitam actionem à præſulibus, & proceribus, plurimis mandatis referam, intimari fecit, vñ tantum mandato deleto de habitus, & linguæ reformatione, quod regiam præſentiam, imò tanti Cæſaris potentiam pro inſtancæ ſua editione, expoſcere videbatur. Quia verò huius actionis mādāta magni pōderis ſunt pro ſalute exulum Morifcorum, illa hoc in loco, ſuo ordine, inferenda duxi, à iudicibus ſæcularibus obſervanda, prout illis à catholico nōſtro Philippo in noua legum compilatione iniunctum eſt.

. s. ti. 2. de  
s. Iudios y  
Moros.

- 1 **V**T Morifci Granatenſes, & eorum filij, ne deferāt patenas ære cōfectas, manu quadam, & literis Arabicis ſuperſtitioſis inſculptas.
- 2 **V**t conuerſi Mauri, ſua voce Arabica Gazij dicti, ab ora maritima per decem leucas diſcedant, ne inter Alpujarrenos diuertant, propter periculum ſubuerſionis, & vitādum cum Mauris Aphricanis conſortium.
- 3 **V**t nullus chirurgus præputium Morifci circuncidat: Si verò ob infirmitatem id faciēdum ſit, de licentia præfecti vr̄bis, vel præſulis fiat. Si autem profelytus ex ſecta Mahometana ſe ipſum circunciderit, in omnibus ſuis bonis mulctetur, & exul fiat à regno in perpetuū.
- 4 **V**t nullus profelytus Maurum redimat niſi Chriſtianum factum: quem locare ad ſeruitutem teneatur viro Chriſtiano & veterano, à quo in fide catholica inſtruatur.
- 5 **V**t promiſſiones dotis in tabulis Arabicis more patrio ne conſcribantur, ſed ſua connubia, & matrimoniales contractus coram tabulario & teſtibus antiquis Chriſtianis

Christianis celebrent profelyti: vt omnis superstitio de medio eorum tollatur.

**6** Vt arana, quamuis licentia ad illa, profelyti isti ne deferant, antequam tales licentias præfecto vrbis exhibeant: & dominis temporalibus præcipitur, ne tales licentias sua auctoritate concedant. Iudicibusque secularibus mandatur, ne profelytis istis arma deferre permittant, ne à suis officijs cadant in poenam iniustæ, & iniquæ permissionis.

**7** Vt domini temporales ab istis Moriscis, fardam, vel census aliquem ne exigant, nec cum illis in suis ritibus, & cæremonijs Mahometanis dissimulent. Si aliter fecerint, à dominio vassallorum, & homagio præstito, liberi erunt. Et in suis dititionibus homicidas ne recipiant, eisdem mandatur.

**8** Vt præfectus parochiæ Moriscorum, ex decreto senatus publici Granatensis, in eisdem pro Custodia eorum commoretur: vt & custodem, & pædagogum in bonis moribus, & fidei catholicæ professione, delectum habeant, quem imitentur.

**9** Vt profelytus ne carnifex publicus fiat, sed cõcius Christianus ex præcepto parochi animalia comestibilia decollare teneatur. Si verò christicola abfuerit, alius à parochio designatus carnificis officium subeat.

**10** Vt Morisci illius regni nomina, vel cognomina Mauro-rum, etiam parentum, ne deferant; sed Christianorū, cum Christiana religione iam teneantur. In eos etiam, qui profelytos Granatenses, canes vocant, poena carceris sex dierum taxatur: quoniam hoc verbo grauis iniuria illis irrogatur, quòd ad vomitū abiuratæ sectæ quasi canes redierint.

*Decimatercia catechesis.*

*In nona reco-  
pilatione tit.  
de Iudios, y  
Moros, ista  
decreta serua-  
ri mandatur.  
Philippus Rex  
eodē tpe Va-  
len. legestul-  
lit, in actione  
Valētina pa-  
retan. 1566.*

**H A E C** Maturo consilio pro salute profelytorum à tanto Carolo. V. & suo Regio senatu mandata prodire. O utinam in suos animos obseruanda inducant tam parochi, quàm profelyti, si Deo, & Philippo placere volunt. His actis, quæ in paterno, augustoque pectore, recondita manserant, & paterna traditione suo insederant, Philippus. II. Hispanorum dilatatus Rex, & eodem iure catholicus ab omnibus acclamatus, pro bono publico illius regni, quasi recõdita mādāta eruere parat, patrum in suo cõcilio Granateni condendo astantium pia, & opportuna petitione. Ea hoc in loco, vt quilibet perlegat, exaranda duxi suo ordine.

*1. Mandatũ  
in pragmati-  
ca an. 1566.*

Philippus Secundus Hispanorum Rex catholicus sub finem anni sexagesimi sexti, recensito millesimo, & quingentesimo, secutus auorum, & proauorum suorum, exemplum, Moriscis Granatensibus absq; vllõ delectu habitũ Maurorum, & linguam Arabicam interdicit; vt his intra biennium relegatis, Christicolis in fide, & moribus sese attemperent: ac deinceps boni, & non ficti Christiani ab omnibush abeantur.

- 2 Mandauit insaper, vt balneorum vsus inter Arabes receptus, omnino cessaret: quæ vt artificialia erant, ita mille malis, & turpitudinibus seruiabant. Naturalia verò pro infirmis profelytis manerent: non pro voluntarijs delitijs.
- 3 Mandauit etiam vt nuptiales caremonix omnes de medio tollerentur, cum suis ritibus Mahometanis: nuptiasq; suas vt veteres Christiani celebrarent, ipsis patrinis, & testibus ad præmissas nuptias rogatis.
- 4 Mandauit de redemptis Gazijs, vt extra regnum exirēt:

ne

ne Aphrorum ad illos venientium, conversatione, & exemplo ad sectam redirent, & ad suos fratres visendos Aphricæ oris appellerent.

Mandavit de homicidis, & Monijs publicis, vt nullibi tuti confisterent, nec in ditionibus particularium dominorum reciperentur ad horam tantum, sed capti in malam crucem ilicò raperentur, ne in regno turbas, & tumultus publicos facerent.

Mandavit pro viarum affecuratione, & Monijs ad supplicium trahendis delectus quosdam, seu manipulos milites fieri, qui sumptibus Moriscorum reficerentur: vt & eorum paci publicæ, & homicidarum capturæ indulgerent.

Distinxit etiam coerciuam Maurorum Aphrorum, & Moriscorum in regno grassantium potestatem, vt capitaneus generalis in Mauros sæuere, & suorum militum, & equitum incursionibus crebris omnes caereret: at verò præfectus regij fori Granatensis, nouis copijs militaribus Monios, homicidas publicos, & sacrilegos astu captos, in frustra decerperet, & in triuijs ad exemplum aliorum in palis ligaret seruata forma iuris.

Hæc, & alia fuere Philippi nostri mandata tam pro salute Moriscorum, quam pace publica totius regni. Adeò enim opulenti bonis suis Morisci erant, & sua libidine effrœnati, vt cotidie in Christianos conciuēs sæuere auderent, vel die, vel nocte. Sed eò vsque necandi, perdendi, mactandi obuios quosq; Christianos viros, apud eos inoleuit libido, vt in illo biennio pragmaticarū duo millia Christianorum desiderarētur, totumq; biennium in paranda

illa



*Decimatertia Catechesis.*

illa plusquam civili rebellionē Morisci Granatenses, male profectō insumerent: quam tentarūt sub anni elapsi sexagesimi octauū diem, sed tentatā, diuina misericordia Granatenses christicolas protegente, nō perfecērūt. Furor enim illis arma ministravit: sed consilium ab oculis eorum aufugit, nixque de cælo tempestiua cadens, animos, & corpora aduentantium ex Alpuxarrensi ditione turbauit, distraxitque, ita vt diem integrum remorati, à coniuatis Albaizinenfibus aduenæ audirēt, pauci, & tardiuēnisti, nos in aliud commodius tempus rem tantam differre volumus, vt & salui simus, & nostro gladio cuncti Christiani cōciues absque malo nostro iam pereant. Sed inultam suam rebellionem coniuati Morisci non tulerunt: nam rebellantes penē omnes gladio, & hasta, & plumbea glande succubuerunt: reliqui coniuati regno & laribus pulsī, pauci apud Castellam supersunt: capti in bello duram seruitutem subeuntes, cum alijs deditiis, vita donantur ex misericordia catholici, ac misericordis Philippi nostri. Sed qui ex illis pœnā iuste patiuntur, labia sua digito superposito compescant, nec ad regnum illud pro nouis sceleribus admittendis redire curent: id enim nusquam à tanto Philippo dabitur, si nostra vota, & piorum hominum, salutē spiritūalem istorum profelitorum modis omnibus negotiātium, ipse requirat. Qui verò duram suo videri, benignam tamen inter veteres christicolas, seruitutem subiere, quasi pro criminibus iniunctam pœnitentiam gratis acceptent: nec illam à suis humeris excutiant, quam legissator æquisimus in eos iure optimo dicere potuit. Ne verò iniustam clament, quia sub illa nati non sunt, audiant dicendæ seruitutis, & capitis maioris diminutionis contentas in iure rationes,

*D. Aug. li. 19  
de ciuit. Dei.  
c. is. tractat  
de seruit. in-  
troducētis.*

rationes, & decreta. C. sub ti. De capitis diminutione.

In primis qui contra Christianos bellaverunt, in seruitutem redigi iubentur, & eorum bona etiam publicari, postquam in ipso rebellandi actu à Christianis capti sunt: ut multa iura id probant, instituta de patria potest. §. 2. & ff. de statu homini. l. libertas. & C. de patribus, qui filios suos distraxerunt. l. 2. & lib. 12. del fuero iuzgo. tit. 3. de seruitute Iudæorum, & in nouo iure Parti. 3. tit. 28. l. 19. Hispano ferm. sic habetur.

*Otrofi dezimos, que quien quier que prenda hombre en tiempo de guerra, que este en tierra de los enemigos, y faga guerra a los Christianos, que sea su captiua de aquel que lo prisiere, quier sea Christiano, quier Moro. Cum autem lex ista, hoc termino quien quier que prenda hombre, vtrumque sexum comprehēdi velit, præsertim cum in nostro casu ciuili istius rebellionis tam viri quam mulieres, tam maiores quam minores in ipso rebellandi actu inuēti fuerint, & omnes cōmunis coniurationis rei. Perfidę namq; Moriscę, à fide deficientes, præ viris suis fortius in bello sese gesserūt, & quibus arma deerāt, longę saltim aciculę, & acus sparaneę longiores pro gladijs, & securibus illis fuere, tum ad consumandam multorum martyrum passionem, tum ad milites Christianos secretius vulnerandos longiorū acum pūcturis: quę lassatę in occidendis viris Christianis, non tamen fatiatę ab Alpuxarrensi ditione, & proprijs laribus discesserunt, & in seruitutem distractę sunt. Quòd si rebellio tentata à perfidis Moriscis hac tantum de causa probata fuisset, quòd sanctis illis legibus, de habitu, & lingua Arabica relegandis, recalcitrassent, quasi exterioris sui cultus, & habitus nimis officiosi, ob hoc crimen in alias iuris pœnas, non tamen in ciuilem seruitu-*

*Ley dela partida.*

*Duodecimatertia Catechesis,*

*Due sententiae distinctae præfulis Gra-natensis probantur.* tem incidissent. Quam sententiam zelores ille præful, dominus Petrus Guerrero, pro suis subditis tutatus fuit in ipso ingruētis rebellionis tempore: quæ & rebellantibus præfulis Gra-damnum emergens, militibus, & alijs ad bellum inermi-natensis pro-bus procedētibus lucrum cessans apertissimum intulit. *bruntur.* Sed postea præful sanctissimus, pariterquæ doctissimus de Moriscorū rebellantium contra Christianos audacia, & nota perfidia (quoniam sicut canes ad vomitū, ita ipsi ad sectam Mahometanam, ab illis in baptismo abiuratā, ex animo redierāt fere omnes) benè informatus, in alio casu aliam sententiam tulit, nō prioris correctricem, sed ab ea multis parasangis distantem: quā in speciali quodam decreto concilij Toletani decimi septimi, canone octauo, in casu simili de perfidia Iudæorū suam ipse sententiam probabat. Quæ in gratiam lectoris, quasi rem nouiter inuētā referam, sic enim habet. *Quoniam Iudæorū perfidia non solum tunicam sacri baptismatis Christiani, quam susceperat, maculauit, sed etiam contra Regem, regnumque conspirare ausi sunt, suis omnibus rebus nudati, tam eorum perfidorum personæ, quam uxores eorum, ac filiorum, & reliquæ posteritatis per cunctas Hispaniarum prouincias seruituti subiaceant perpetuæ, maneantque vsquequaque dispersæ: illiq; qui eosdem Iudæos in seruitutem acceperint, in nullo eos permittant rituum suorum ceremonias celebrare, aut colere. Et ut filios eorum à septimo anno nullam cum parentibus suis habitationem, aut societatem habere permittant: sed fidelissimis Christianis in matrimonium iungant, ne infidelium patrum suorum semitas quibuslibet occasiōibus iterare possint.* Hæc omnia in eo canone leguntur. Cuius sanè propera executio iuxta definitionem concilij quarti Toletani. can. 58. à patribus facta est. Huius namque concilij patres, quasi alonge aspicientes,

*Aliud ius in dicēda seruitutis probatur, ex decreto, concilij Tolet. 17. can. & refertur ad litterā, idē de cernitur in. c. ita quorundā ex. de hereticis.*

cientes, quid de Iudæis futurum esset, canonem istum  
 sub hac forma verborum ediderunt. *Iudæi, qui ad fidem Christianam promoti, abominandas circumcisiones, & alios Iudæicos usus exercuerint, pontificali protinus auctoritate cor- rigantur, & ad cultum Christiani dogmatis reuocentur. Eos autem quos circumciderint, si filij eorum sint, à parentum con- sortio separentur: si serui pro iniuria corporis sui, libertati tradantur. Iuxta legem in exodo habitam capite vigesi- mo primo, & rursus in eodem concilio canone sexage- simo huius correctionis modus sic perscribitur. Nulla communio sit Hebræis ad fidem Christianam translatis cum his, qui adhuc in veteri ritu consistunt: ne eorum participa- tione subuertantur. Quicumque hoc non seruauerint, & hi Christianis donentur, & illi, cum quibus prohibitum est con- uersari, publicis cædibus deputentur. Ista autem donatio ad perpetuam seruituem à doctoribus in iure canonico peritis intelligitur, cum omnis donatio ex natura sua dominium rei, vel personæ in alium transferat: & ita hoc in loco donatio ad perpetuam seruitutem accipien- da est: cum seruitus ciuilis sub termino donationis à doctoribus comprehendatur. Sed his sanctissimis de- cretis aliud concilij. 4. Aurelianensis, canone decimo no- no subnectere liceat, vt veritas ista pateat amplius. De- cretum sic legitur. Hoc etiam decernimus obseruandum, vt quicumque Iudæus proselytum, qui aduena dicitur, Iudæum facere præsumpserit, aut Christianum factum ad Iudaicam superstitionem adducere, vel si de parentibus Christianum na- tum, Iudæum suò promissione fecerit, mancipiorum amissio- ne mulctetur. Ecce qualiter Iudæus in suis mancipijs ple- ctitur, si ea ad Iudaismum, vel redire, vel denuò conuerti fecerit. Et post hoc salubre decretum condita est in foro*

*Decretum con- cilij. 4. Tolet. can. 50. & refertur de cons. dis. 4. c. pleriq; ex Iu- daeis. & cõfir- matum est in concil. Tolet. s. can. VI.*

*Can. 60. eius dē cõc. 4. To-*

*Decretum cõc. 4. Aurelian. can. 19.*

*Sub premis- sione cõcedē- de libertatis intelligitur.*

*Decimatercia Catechesis,*

*El fuero iuzgo. li. 12. tit. 3. l. 14.*

iudicium, quòd antiqui dixerunt, el fuero iuzgo. lib. 12. tit. 3. l. 14. vt Iudæorum serui, necdum ad fidem conuersi, qui ad Christi gratiam conuolauerint, libertate donentur: cuius rei causas potissimas, in ea lege exhibentur, quarum præcipua in periculo noto subuersionis in fide fundatur. Ex his ergo decretis, & regalibus sanctionibus veritas nostræ assertionis colligitur, in simili casu de sumpto argumento à Iudæis perfidis ad Sarracenos à fide deficientes, & contra regem suum, & regnū aperto

*Tertia causa in dicta seruitutis.*

*Pacta deditio nis Maurorū Granatensiu in publico ærario Granatæ asseruantur.*

Marte debellant. Sed adhuc tertiam indictæ seruitutis causam, ob violatam fidem, quam naturales Granatenses in sua deditioe iuramento firmatam præstiterant, libet subnectere. Nam in tabulis suæ deditioe, (quæ in publico ærario Granatæ obseruantur) pactum istud sacramento firmatum legitur; vt si quando cōtra suos Catholicos reges, & reliquos in ordine, & regno successores debellassent, læsæ maiestatis crimine, & lege tenerentur: quæ non ciuilem indicit seruitutem; sed capitis pœnam minatur. Igitur non tantum ob admissum crimen, sed fidem pactorum violatam, subire tenebantur iniunctā pœnam mortis, nedū ciuilem seruitutis, quæ ingratos quosq; manet. Neq; hoc iniuria sceleratorum istorum hominū dixerim, cum hæc sit vna, concorsq; iuris consultorum sententia, in sacris sanctionibus fundata, scilicet, ingratos quosq; tamquā accepti libertatis beneficii immemores, & libertatem amittere, & ad seruitutem pristinā debere restitui. Omnia enim regalia iura, imperatorumque instituta abundè id testantur. l. C. de libertinis, & eorum libertis. & in authenticis, authentico vt liberti de cætero, §. 1. & in cap. octaua discussio. 12. quæst. 2. & capit. de famulis. titul. de seruis non ordinandis. & .l. regali.

partita. 4.

partita. 4. tit. 2. 2. Quòd autem ingratus libertus in anti-  
quam esset reducendus seruitutem, ac duro illius iugo  
iterum submittendus, indè (vt reor) ius emanauit, quòd  
olim sapiens quidam philosophus, qui seruum manumi-  
ferat, in eum, ingratum factum, talem sententiam dixit.  
Esto seruus, quoniam liber esse nescis. Quæ sententia ab  
omnibus iurisconsultis ita approbatur, vt firmi decreti  
ab eo tempore vim obtinuerit. Vt relatum est à Sueto-  
nio Tranquillo in vita Claudij Cæsaris Imperatoris: & à  
Baldo famoso iurisconsulto. l. 1. C. de Libertinis. & à Ti-  
raquello moderno in. l. si vmquam. versiculo libertis, nu-  
mer. 24. C. de reuocandis donationibus, quos reliqui iu-  
risconsulti fidei passibus insequuntur. At philosophus  
hic & ipsam ingratitude damnat, & cuncta maledi-  
cta in virum ingratum conijcienda fore sapienter qui-  
dem notat: quæ nos in naturales Granatenses, tamquam  
ingratos beneficio accepto retorquere, & conijcere pos-  
sumus, & eisdem in pristinam seruitutem vocare, iuxta  
canonem concilij. 2. Hispalensis, editum propter Heli-  
seum ecclesiæ Aegabrensis libertum, ecclesiæ lux, à qua  
fuerat manumissus, nolentem inseruire. Qui sic habet,  
*statuimus, vt qui ab episcopo suo libertati traditi sunt, si imme-  
mores beneficii accepti, ei ingrati ob superbiam suam exiterint,  
in seruitutem reuocentur: vt quorum libertas perniciosa est, sit  
salutifera seruitus.* Cui decreto aliud etiam consonat con-  
cilij quarti Aurelianensis, sub his verbis. *Si episcopus de ser-  
uis ecclesiæ libertos fecerit in numero competente, in ingenuita-  
te permaneant, ita vt ab officio ecclesiæ non recedant.* Quòd si  
recesserint, in pœnam ingratitude cum Heliseo liber-  
to iudicium subeuntes, dulcem libertatem amittent ex  
vi huius decreti. Quare allatis causis Philippus rex no-

*Dictū Philo-  
sophi de ser-  
uo sibi ingra-  
to.*

*Cōcilij. 2. Hi-  
spalensis. ca-  
non. 8.*

*Cōcilij. 4. Au-  
relianensi. ca-  
non. 7.*

*Duodecimatertia Catechesis,*

ster iustus, & catholicus, & rebellantium bona publica-  
re, & eisdem ius seruitutis dicere potuit: cum alias, non ser-  
uari, sed in malam crucem rapi rebellantes, fidei violato-  
res, ingrati effecti, profelyti Granateses debuissent. Qui-  
buscum nimis misericors, ac clemens factus est Philippus,  
qui & subiectis parcere, & superbos debellare à patre suo  
Carolo. V. Imperatore inuicto didicerat. Cum autem

*Non tributa  
nō sunt à pro-  
felytis exigē-  
da.*

tantum beneficium in eos contulerit princeps noster, ut  
potequi & seruare, & inter veteres christicolas in pace,  
& tranquillitate commorari fecerit, ab eisdem commu-  
nia vectigalia, & tributa exiget, quæ à reliquis cōciuibus  
exigi, & compilari iure debentur. Hoc enim est ius re-  
gium cunctis subditis notissimum, ex facto Christi serua-  
toris nostri, iustum tributum pro se, & Petro soluentis, &  
subditis omnibus mandantis, *Reddite, quæ sunt Cæsaris,  
Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Ab hoc autem didrachma-  
te, duabus drachmis constante, pro Domino, & Petro so-  
luto, iuris canonici decreta de tributis, & vectigalibus sol-  
uendis manarunt: quæ legenti patent singula. In primis  
c. super quibusdam de verborum significatione, quod est  
Innocentij Papæ, c. innouamus, ext. de censibus & c.  
omnis, sub eodem tit. quod est D. Augustini super episto-  
lam ad Romanos, c. paternarum. 24. q. 2. in quibus de-  
cretis habetur, quod noua pedagia nō nisi à principibus  
potestatem habentibus, & iustis de causis, constitui pos-  
sunt: si qui autem aliter fecerint, gladio excōmunicatio-  
nis feriuntur ex decreto Pij. V. Pontificis Maximi, con-  
tento in sua Cænæ domini Bulla, publicata anno sexage-  
simo nono, die verò Aprilis duodecima. Atque hæc veri-  
tas in iure ciuili definita est. l. ager, de verb. & rerū signi-  
ficatione, & in tit. noua vectigalia institui non posse. C. l.

*Mat. 17.*

3. & l. si ex toto. de legat. 1. & l. peculium. ff. de legibus, & doctores in his locis afferunt, per noua pedagia intelligi veterum incrementa, quæ augeri iure non possunt, nisi à principe habente potestatem, & causa rationabili interueniente. Hæc enim sunt bullæ prædicto in canone præfixa verba, *Excommunicamus omnes, qui in terris suis noua pedagia, seu gabellas, ad id potestatem non habentes imponunt, vel prohibita exigunt.* Cum autem Philippus rex noster auctoritate polleat pro nouis legibus condendis, (de qua nemo est qui ambigat) prout necessitas sese obtulerit, nouas leges in fauorem istorum profelytorum condendæ autē opportunè ferendæ essent, de his dicere incipiã.

*Bulla cœnæ  
Dñi decretū  
editum a Pio  
V. Pōr. Max.*

## DE LEGIBVS CONDENDIS.

**E**T Quidem aperui iam diu animi nostri desiderium pro filiis hæreticorum: qui cum paternam electionem detestentur, & eorum salutem reuerenter sitiant, postquam correctionis paternæ seruel & iterum remedio vti fuerant, rem omnem ad iudices f. dei detulere, ut eorum grauiori adhibita correctione, pater hæreticus respiscat, & ad bonam mentem, & filiorum suorum educationem saluus, & catholicus redeat, nec in fide nutans, aut dubius. Hi namque zelo fidei, & paternæ salutis desiderio seruentes, digni sunt præmio, & honore, prout virtus eorum singularis exposcit. Argumentum summitur pro hac causa, ex authentico. Ut cum de appellatione cognoscitur. §. causas ibi. 8. & ex glo. ex hære dare. in. c. Quiracualis de iureiurando. Vbi decernitur, filiū, qui crimen patris cōtra principem, vel rempublicā in iudiciū detulit, nō posse à parentibus exheredari, ergo.

*De hoc in de  
cima cateche  
si dictum est  
aliquid, sed  
hic latius au-  
dior disserit.*



*Decimatercia Catechesis,*

nec filius patrem hæreticum accusans, vt ipsius salutem spiritualem apud medicos animarum, & peritos in causis fidei iudices, antequàm morbus ingrauescat, protinus negotietur. Nam semper præsumptio iuridica filij huius talis creditur, quod hoc animo paterni criminis delator fieri elegerit. Quòd si constiterit odio parentis, non criminis hæreseos, ad denunciationem venisse talem filiũ, (quoniam peccatum omne etiam in parentibus est excrandum, at natura non est odio habenda, iuxta illius sententiam qui dixit, *irascimini* contra peccatum, *Et nolite* peccare contra personas, vel naturam) tamquàm bonorum paternorum expertem declarandum fore, & in paterna reuerentia à patribus illius fore imbuendum satis censuerim. Sed qui præmio esset afficiendus temporali, etiam laurea corona vittas cingente per calles publicos, vt alijs exemplum certum virtutis esset, cõdecorandus veniret: & tamquàm capax paternæ hæreditatis, præcone acclamante, declarandus, vel ex mandato summi pontificis talem legem ferentis, vel ex decreto principis sæcularis: cui bona confiscata cædunt. Hic namq; princeps zelotypia catholicæ fidei augendæ incensus, ex bonis suis pretium virtuti debitum catholico filio reddere debuisset, quo & studiosum virũ ad maiora virtutis, & fidei studia inflamaret, & sui nominis æternam gloriam apud Deum, & mortales cunctos, dedisset. Quod præmaturè in omnibus christianis regnis fieri, votum nostrum requirit, nec nostrum tantum sed aliorum, zelo fidei tutandæ, augendæque, abundè feruentium.

Aliam subindè legem cõdi, pro eisdem profelytis ex secta Mahometana, totius Christianæ reipublicæ interest, in fauorem eorum, qui Christianas mulieres ex lōga progenie

*Psal. 4. et ibi  
dem exposito  
res.*

*Pater Castro  
li. 2. de iust.  
hæreticorum  
punitioe. c.  
vlt.*

progenie repetita in matrimoniale coniugium sibi associare contendunt: ut sectam illam, à patribus suis cultam, ipsi ex animo abiurare, & ultra Garamãtas, & Indos propulsare visi sint. Hi namque & honore suæ coniugis, privilegij, & immunitatibus gaudere, & a subsidijs, vectigalibusque Moriscorum immunes reddi, & ab omni neochristianorum infamia liberari: imò nouis honoribus, & libertatibus à lege condenda affici debuissent: quod ius, & æquum postulat. Extat ad exemplum Christianorum egregium factum regis Egicæ, ex Gotthica familia nobilissima nati, in Iudæos ad fidem uenientes munifici, ac liberalis, ingenuitate, ac nobilitate eos condecorantis, si in fide suscepta fideles, ac suo morigeri inuenti forent. Quod factum tanto principe dignum, & in Christianæ religionis augmentum, & virtutis veræ præmium, cedebat. Et ideo à patribus concilio Toletano decimosexto, cum gratiarum actione tanto principi debita, operam dantibus, & acceptum, & firmatum est. Quod si iudæis ad fidem conuersis, ingenuis, ac nobilibus habèdis, ira annuerunt patres, & suis niueis calculis legem latam confirmarunt, pro conuersis ex fide Mahometana, mulieres ex christianismo natas ducere uolentibus, legem istam ex parte tenouendam censeret, temperatamque paululum publicari. Neque enim post longum studium, & maturam deliberationem, aliud potui salubrius antidotum prædicto morbo inuenite, quo & in fide ad bonam valetudinem tanta legis voluptate, & lato honorifico præmio affecti, reducantur, & puræ suæ religionis, & sinceræ pietatis condignam mercedem recipiant. Ex his qui nascentur, melioris parentis fidem, & conditionem sequentur, præsertim cum lactaneo succo imbibitam, & quasi congeni-

*Ita habetur  
in tomo regis  
patribus in concilio  
Tolet. 16  
exhibito, &  
in primo concilio  
decreto.*

*Decimatercia catechesis,*

tam: quoniam filij maternum vterum redolent, & plerūque illius mores sapiunt: vt testis experientia id nos docet. Vnde fieret, vt Hispania nostra, magno nostro malo his gētibus infecta, quasi domesticis, priuatiq; hostibus maneret libera, & etiam pijs, verisque christicolis hoc nostro sæculo, abundaret. Ne verò huius temporis Christiani, catholicique principes, ad quos nostra oratio, vel supplicatio citò deueniet, vnus Regis zelotypi exemplo ad hanc legem ferendam ducantur, alterum recens catholicorum regū, & Caroli quinti eximij Imperatoris ob oculos eorum ponam: quod à catholicis Regibus excogitatum, mādato certæ suæ prolis Caroli. V. Granatæ in edicto regio publicatum est eo anno, quo sanctum tribunal Inquisitionis, iussu eiusdem Imperatoris maximi erectum fuit, & præconis voce alta relatam, pro aduenis ex secta Mahometana in cōiugium dulce Christianas mulieres, non moriscas, in facie ecclesiæ ducentibus. Quod edictū tanta Caroli Imperatoris inuidi, pietate, & zelotypia dignum, sua præsentia illustratum, potentia vallatum, magnatumque fauore, & præfulum calculis firmatum est: vt in suos Granatenses profelytos, suo, & vxoris dulcissimæ aduentu, liberalis factus, charus multum, & amabilis eisdem redderetur. Sed quāuis profelyti illi tanti beneficii ignari, & in antiqua religione parum detenti, tam honorifico decreto aures suas obturare voluerūt, at nūc inter Castellæ vtriusq; pauci ex illis, sed multi posteri cōmorantes, si renouari tam munificum edictum à nostro Philippo, eisdem humiliter petentibus, feliciter contigisset, attentiores facti ad nouum beneficium, in eos collatum, & fidei catholicæ animos applicarent, & ad conubia cum prædictis mulieribus celebranda audiores fierent,

*Annus fuit  
millesimus  
quingentesi-  
mus vigesi-  
mus sextus.*

fierent, vt infamiam Christianorum nouorum à se depellerent, & prædictis immunitatibus, ac ingenuitatis, & libertatis concessis priuilegijs gauderent. O vtinam nostris votis id eueniat, & votorum factus compos, in pace illicò quiescerem: & ex diuina misericordia incolomis factus, quo in loco mansionem haberem, de salute istorū profelytorū, in statu matrimoniali sub illa cōditione degentium, & suorum filiorū, Deo dante certus fierē.

Sed iam colophonem protractæ catechesi huic adde re volentes, vnum verbum pro alia lege profelytis fauorabili, vel à summo Pontifice, Christi in terris vicario, cū suprema & ampla potestate, vel à catholicis Christianæ reipublicæ moderatoribus edenda, nunc temporis addam. Ius, scilicet, & æquum petere, neochristianos istos, fideles Christi imitatores inuentos, & ad cultum veterū Christianorum reiectos in fide, habitu, & pia conuersatione, ab illis tributis, & vectigalibus, quæ, tunc in ritualibus, & patritijs, legibus detenti, soluebant, iam nunc quasi veteres christicolæ liberi declarētur: & ab eo primum, quo presumptibus sancti fori, tum Valentia, tum Vallisoleri, quotannis soluere tenentur ex contractu cum partibus eorum iam olim inito, quamuis ab omni culpa, & hæreseos nota liberi apud Deum, & homines inueniantur. Quem contractum rescindendum curant hi, qui ab illis primarijs huius contractus aucto-ribus genus ductum, producta in medium ratione hac: quoniam si atavum, vel proavum eorum, alicuius culpæ conscijs, tutandæ suæ rei familiaris causa cū ministris, & iudicibus illius sancti fori (catholicis regibus annuentibus) huius tabulæ publicæ seriem firmarunt, in notabile nocumentum, eorūq; notam perniciem, & posterorum suorū certū damnum,  
vel

### *Decimatercia catechesis,*

ram: quoniam filij maternum vterum redolent, & plerūque illius mores sapiunt: vt testis experientia id nos docet. Vnde fieret, vt Hispania nostra, magno nostro malo his gētibus infecta, quasi domesticis, priuatifq; hostibus maneret libera, & etiam pijs, verisque christicolis hoc nostro sæculo, abundaret. Ne verò huius temporis Christiani, catholiciq; principes, ad quos nostra oratio, vel supplicatio citò deueniet, vnius Regis zelotypi exemplo ad hanc legem ferendam ducantur, alterum recens catholicorum regū, & Caroli quinti eximij Imperatoris ob oculos eorum ponam: quod à catholicis Regibus excogitū, mādato certæ suæ prolis Caroli. V. Granatæ in edicto regio publicatum est eo anno, quo sanctum tribunal Inquisitionis, iussu eiusdem Imperatoris maximi erectum fuit, & præconis voce alta relatum, pro aduenis ex secta Mahometana in cōiugium dulce Christianas mulieres, non morifcas, in facie ecclesiæ ducentibus. Quod edictū tanta Caroli Imperatoris inuicti, pietate, & zelotypia dignum, sua præsentia illustratum, potentia vallatum, magnatumque fauore, & præsulum calculis firmatum est: vt in suos Granatenses profelytos, suo, & vxoris dulcissimæ aduentu, liberalis factus, charus multum, & amabilis eisdem redderetur. Sed quāuis profelyti illi tanti beneficii ignari, & in antiqua religione parum detenti, tam honorifico decreto aures suas obturare voluerūt, at nūc inter Castellæ vtriusq; pauci ex illis, sed multi posterī cōmorantes, si renouari tam munificum edictum à nostro Philippo, eisdem humiliter petentibus, feliciter contigisset, attentiores facti ad nouum beneficium, in eos collatum, & fidei catholicæ animos applicarent, & ad conubia eorum: prædictis mulieribus celebranda audiores fierent,

*Annus fuit  
millesimus  
quingentesi-  
mus. Vigesi-  
mus sextus.*

fierent, vt infamiam Christianorum nouorum à se depellerent, & prædictis immunitatibus, ac ingenuitatis, & libertatis concessis priuilegijs gauderent. O vtinam nostris votis id eueniat, & votorum factus compos, in pace illicò requiescerem: & ex diuina misericordia incolu-  
mis factus, quo in loco mansionem haberem, de salute istorū profelytorū, in statu matrimoniali sub illa cōditio-  
ne degentium, & suorum filiorū, Deo dante certus fieré.

Sed iam colophonem protractæ catechesi huic adde-  
re volentes, vnum verbum pro aīa lege profelytis fauo-  
rabili, vel à summo Pontifice, Christi in terris vicario, cū  
suprema & ampla potestate, vel à catholicis Christianæ  
reipublicæ moderatoribus edenda, nunc temporis ad-  
dam. Ius, scilicet, & æquum petere, neochristianos istos,  
fideles Christi imitatores inuentos, & ad cultum veterū  
Christianorum redactos in fide, habitu, & pia conuersa-  
tione, ab illis tributis, & vectigalibus, quæ, tunc in rituali-  
bus, & patitijs, legibus detenti, soluebant, iam nunc qua  
si veteres christicolæ liberi declarétur: & ab eo primum,  
quo presumptibus sancti fori, tū Valentia, tū Valliso-  
leti, quotannis soluere tenentur ex contractu cum parē-  
tibus eorum iam olim inito, quamuis ab omni culpa, &  
hæreseos nota liberi apud Deum, & homines inuenian-  
tur. Quem contractum rescindendum curant hi, qui ab  
illis primarijs huius contractus auctōribus genus du-  
cunt, producta in medium ratione hac: quoniam si ata-  
ui, vel proaui eorum, alicuius culpæ conscij, turandæ suæ  
rei familiaris causa cū ministris, & iudicibus illius sancti  
fori (catholicis regibus annuentibus) huius tabulæ publi-  
cæ seriem firmarunt, in notabile nocumentum, eorūq;  
notam perniciem, & posterorum suorū certū damnum,  
vel

*Decimatertia catechesis.*

*Culpam alios  
nō transit, pœ-  
na in filios et  
nepotes ali-  
quando extē-  
ditur, quare-  
nus carotalis  
patris sunt.*

*In sua pra-  
gmatica an-  
ni. 1598.*

vel præiudicium nil ratum, nil firmum in illis tabulis conscribere, vel contestari potuerunt. Pœna enim reos tantum insequitur, non tamen à culpa immunes, vt cuncta iura, diuina, & regalia proclamant. Quòd si hæc à parentibus deriuatur, in filijs, ac nepotibus locum habebit, non tamen in reliquis posteris. Igitur de rescindendo tali contractu tam catholicæ potestates, quàm delecti procausis fidei Iudices, intra sese cogitent: & si auctoritate apostolica cælebratum nouerint, ab eadem accepta rescindendi facultate; protinus annullandum curent, in fauorem istorum profelytorum. Nam sicut olim catholici reges collectas in tota Hispania fieri ad tempus mandarunt, pro sumptibus sanctæ confraternitatis, quos ministri, & Iudices eiusdem in captura homicidarū, scelerorūque hominum, & vtriusque læsæ magestatis reorum, illis diebus faciebant, pro restauranda reipublicæ pace, iam postea ex illis in malas cruces sublatis, saggitisq; cōfossis, pace restituta, prædictas collectas de medio tolli iusserunt: ita nunc Philippus rex catholicus, certalorum principum proles, de istis vectigalibus sancti fori ministris, & regio fisco soluēdis, legem ferre debuisset, ne deinceps per singula capita istorum profelytorū exigerentur: cum in tali pœna filius non debeat patris sui iniquitatem portare: ac proinde contractu à parentibus cælebrato posteri tam distantes minimè teneantur. Cum verò caussa fidei tutandæ id pro tempore expoposcerit, cuncti christicolæ ad tributa soluenda, imò ad arma pro fide, Rege, republicaque tuenda, contra hostes quosque sumenda, tenentur: postquam nomina militiæ christianæ in baptismo pro Christo, & suscepta religione, dediderunt. Sed quia de istius contractus rescissione nostrā senten-

sententiam interposuimus, eandem pro alio à catholico rege Ioanne Lusitanorum, huius nominis secundo, iam olim inito, nunc autè à nostro catholico Philippo rescindèdo, hoc in loco extendamus. Lusitani namque à sede apostolica impetrarunt, vt in foro sancti tribunalis, & secreto iudicio, in corpore, & non in bonis externis pœnà à iudice latam subirent, procurante suam caussam prædicto rege domino Ioanne, suorum Lusitanorum amantiissimo. Nunc autem, quoniam pœna ista non æquè respondet culpæ tantæ criminis istius contra diuinam magistratem admissi, vt apud quosdã Lusitanos Iudaica perfidia cessaret, pœna ista grauãda foret: & seruata iuris forma, quæ in hæreticos quosq; à summis Pontificibus nũc perscripta est in toto titulo de hæreticis libri sexti decretaliũ, deinceps sententiæ ferendæ essent, Sixto nostro quinto Pontifice Maximo, precibus regis nostri Philippi annuente. Nam sicut olim, cum sancti Quintini populum Francorum Philippus noster propria virtute expugnarer, noluit cum Granatensibus profelytis pactum istud inire, vt anticipata quingentorum millium ducatorum solutione, in illo foro sanctę Inquisitionis in corpore tãtum, non tamen in bonis externis deinceps punirètur, ita nũc nec patienter ferre debuisset, vt Portugaleses de crimine hæreseos conuicti, pœnam corporis simplicem subirent. Hæc in gratiam profelytorum allata, qui illis præfunt, perficienda instanter curent.

*Philippus rex noluit certũ contractum inire cũ naturalibus Granatensibus ex consilio pijsissimi præfulis D. Pet. Guero.*

## C O L L E C T A N E A

Decimetertiæ Catechelis.

1 **L**ex iusto nõ est posita, quia sine timore eam iustus adimplet: impijs verò, & sceleratis ponitur.



- 2 Lex duplicem virtutem habet, directiuam, scilicet, & coerciuam: illa iustos reddit legis cultores: hæc ad iustitie normam iniustos compellit.
- 3 Lex diuersimodè obligat legiflatorem, & subditos, nam illum ad sui obseruationem, tanquàm ad actum virtutis, huic verò etiam ad pœnam constringit.
- 4 Locus prouerbiorum. 8. c. pro legislatoribus commo-  
dè explicatur: qui media dilectione Dei suas leges debent condere.
- 5 Catholici reges, Ferdinandus & Isabela, diuino amo-  
re accensi leges sanctas condidere pro subactis à se  
Granatensibus, quas infectas reliquere magno malo  
istorum profelytorum.
- 6 Philippus primus huius nomines, Hispaniæ rex, &  
Archidux Austriae infectas leges à Catholicis regi-  
bus exequi parabat eodè igne inflammatus: sed mor-  
te præuentus nequiuit perficere.
- 7 Carolus. V. Imperator, semper Augustus, leges ali-  
quas tulit, pro naturalibus ciuibus Granatensibus,  
reliquas suo charo Philippo edendas reliquit.
- 8 Philippus. II. Catholici nomen referens Granaten-  
sibus, & Valentinis eodem tẽpore leges tulit pro salu-  
te suorum profelytorum & bono reipublicæ.
- 9 Philippus rex misericors in rebellates Moriscos Gra-  
natenses, & à fide deficientes, perpetuæ seruitutis ius  
dicere valuit, multis de causis iam adductis.
- 10 Duplex sententia præfulis Granatensis, dñi Petri  
Guer-

Guerrero aperitur de seruitute perpetua Granaten  
sum rebellantium, prior non est alteri contraria sed  
distincta & vera.

- 11 Noua tributa non sunt ab istis neo-christianis exi-  
genda, sed quæ ab alijs suo regi soluuntur.
- 12 Philippus rex noster legem condet pro filijs suos pa-  
rentes ad indices fidei deferentibus, vt paterna sua  
portione non defraudentur, nec infamiam subeant.
- 13 Philippus rex noster alteram legem feret pro his,  
qui Moriscos vxores ducunt: quos gratijs & priuile-  
gis à principe condecorari æquum esset.
- 14 Tertia à tanto Principe condenda esset in fauorẽ  
eorum, qui annuos census ministris sancti fori soluunt,  
cum immunes ab omni culpa habeantur.
- 15 Philippus rex noster apud summum Pontifinẽ in-  
staret deberet pro edendo decreto contra hæreti-  
cos omnes, vt & in corpore & bonis puniantur: ne  
tantum crimen aliquo modo maneat impunitum.
- 16 Iudices prædictas leges strictiùs seruabunt: vt pro-  
selyti timere potestatem discant, & ipsi suo muneri  
satisfaciant.

# CATECHESIS

## DECIMA QVARTA, DE

### hæreticis puniendis.

D. Pauli in hæreticos inuectio exponitur, qui ad Tit. c. 3. scribit, *Hæreticum hominem post unam, & secundam monitionem deuota, sciens, quia subuersus est, qui huiusmodi est, & delinquit: cum sit proprio iudicio condemnatus.*



OC argumentū à nobis desumptum, prout in ritulo catechetico patet, longè larum est, & à doctoribus modernis, qui in hac arena feliciter infudarunt, vltro citroq; ventilatū: ideo à nobis illud præstandum erit, pro assumpto munere, quod in materia istorum profelytorum ex secta Mahometana ex necessitate euenit: vt habeat parochus plenam notitiam illorum errorum, in quibus isti neochristiani hæresitant, vel in fide suspecti, vel ab eadem alieni: quibus plenè cognitis, quæ sui muneris erunt, corrigat, reliqua autem ad iudices fidei properè referat. Qui enim in fide sunt infirmi, facilè ab ea cadunt, & nisi subleuantem habeant, peribunt penitus, & de illis dicitur, *ve soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se.* Hic autem cauentium subleuator pius plebanus erit, cuius interest, tam cadentes, quam errantes oues ad Christi caulas reducere. & in suscepta fide confirmare; cum sciat hæreticorum conuersationem nimis esse viscosam, perniciosamque, cunctis cum illis rem habentibus:

Quorum sermo ut cancer serpit, cum sint diuine iudicio condemnati. Ni ergo adsit subleuator, citò aderit ex Mauris qui in errorem lapsum detineat: & in eo confirmet. At parochi forsan culpa peribit frater in sua conscientia, propter quem Christus mortuus est. Itaq; in omnibus, sed in hoc potissimum, plebanum istorum sollicitiorem, & attentiorer velim, pro hæreticis, & suspectis in fide agnoscendis, vt vel eos ad medicos spirituales deferat, vel à reliquis tanquam scabiosas oues separet, ne eas tãto morbo hæreticæ prauitatis inficiant: prout in iere sancitum est. Qualiter autẽ doctus parochus cū suis subditis cõuersari debeat. D. Paulus explicat, cū suo Tito ita locutus, *Hæreticū hominē post vnā, & secundā monitiōnē deuota.* Locutus est apostolus hoc in loco de hæreticis sui tēporis, qui nondū in fide Christi plenè instructi, propter recēs factā euangelij promulgationē, facilè à pseudoapostolis seducebātur, & in varios errores quasi lētę arboris folia, huc, illucq; mouebātur, vel leui vëto falsæ doctrinæ. Atq; hos redarguit idē Apostolus in suis epistolis, in quibus de multis difficultatibus ibidem contentis, hæc vna alijs nō est inferior, in quo sensu sit locus iste accipiendus, cū variè atheologis exponatur. At ego secutus veriorē viam sic mentē Pauli aperiendam, & ab omnibus accipiendā dixi. Cum hæreticis tēpore apostoli grassantibus vna, & altera monitione vtendū esse, sicut ipse suo Tito fieri indicauit: cum alijs autē nostri tēporis nullum locū habere Paulinas monitiones, *Quoniā subuersi sunt in sua duritie, qui huiusmodi sunt, & nota nimis eorū pertinacia, quæ est in hæresi sicut anima in corpore. Pertinax nūq; superfluè monetur bis, vel semel, vel millies, cū suo sensu abundans, pro sua electione etiā mortē subire, quasi dæmonis mar-*

2. Ad Tim. 2

Locus subtiliter exponitur.

Monitiones tēpore Pauli pro meliori credentiū instructione scribant, ac nunc hæreticis cessant, & correptione eorundē

### Decimaquarta Catechesis,

*Hoc probat  
Simancas in  
suo Inquirid.  
ti. 23. de de-  
nūciatione et  
allegat docto-  
res huius sen-  
tentie.*

tyr, (nam habet dæmon plures) non recuset. Ne verò  
vel tantam républicam inficiat, vel aliquos saltim ex ea  
perdat, trahens illos ad inferni præcipitium, iuste ac san-  
ctè ad iudices fidei sistitur, vel ab illis iuridicè corrigend-  
us, vel tanquàm pertinax ad iudices sæculares relaxan-  
dus, vt in eum ignis pœnam dicant. Casus autem mihi vi-  
detur metaphysicus, ac de rarò cõtingentibus, vt nostræ  
tempestatis hæreticus alicuius pij viri, crimen illud scien-  
tis, correctione vna, aut altera reuipiscat, & hæresim debi-  
tè abiuret: quòd si tali correctione ad meliorem mètem  
absq; vilo dubio reuocandus esset, quæro à monère, quæ  
erit grauior, & commodior correctio ista pij viri, an illa  
censoꝝ fidei, iuridicè, matureque faciendâ? non æquè  
inter illas collationè inueniet: vndè dicet, posteriori, nõ  
priori cum tali hæretico vtendū esse, si sanus sit, & in de-  
fensionem fidei propensus. Scio autem esse aliquos non  
contemnendæ auctoritatis in oppositam sententiam de-  
clinantes, quos distinguere velim inter Apostoli tẽpora,  
& nostra nimis calamitosa, vt palinodiã canãt. Nos enim  
in mala tẽpora, illis profus peiora deuenimus: cuius rei  
hoc est euidentis testimonium, si quidẽ plures nunc hære-  
ses serpere videmus, quàm Paulus illarū accerrimus pro-  
pugnator, hæreticorūq; gladius districtus suo tẽpore vi-  
derit. Sed de his hæreticis, in sectam Mahometanã co-  
tidie impingẽtibus, à pio quoq; viro nunc tẽpore despe-  
randa est correctio: si quidẽ eorum perfidia longè quidẽ  
pater, & illorū præsertim, qui post susceptū baptisma ha-  
bitum, & Algarabiam, retinet, & mores etiã Moabitariū,  
& Sarracenorū. Si qui verò ex istis ad monitiones iuridi-  
cas respicientes ad Deum conuerti velle asserant, ex his  
multi protinus ad vomitū relapsi redeūt, pauci tamẽ sine  
vlla

*Ita sentit Ar-  
dº. q. 30. §. 2.  
& pater Ca-  
stro. lib. 1. de  
punitiõne, hæ-  
reti. ca. 9. &  
omnes neote-  
rici.*

Nulla fictione inter nos conuersantur: qui postquam tritum, pannossumque; sacco penitentiae benedictum gerunt, non ab humeris, quasi infamiae graue pondus tollendum, sed renouandum potius, suis humilibus precibus à delectis fidei inquisitoribus perunt. Hoc autem interioris perfidiae notum est indicium, quoniam (ut audio) saccus iste benedictus inter istos neochristianos ex secta Mahometana, honorificus ceteretur, & eum indutus apud suos profelytos pluris fit: & quasi nobilis, ut inter nos insignitus spatia rubea sancti Iacobi, vel cruce rubea, viridi, alba, eques, de sua falsa religione superstitiosus cultor notatur. Quare cum hæc sit in tota Hispania istorum profelytorum, vel Moricorum falsa, superstitiosaque, religio, qui eos à fide apostatare viderit, ad iudices sancti fori causam deferat, ut ipsi primum de correctione, & resipiscencia hæretici agant, quam si neglexerit, ad poenas iuris in eum dicendas iam procedant. Hæc pro hæreticis sectæ Mahometanæ, culpa sua hæresim elegantibus sufficiant; de alijs, qui alieno crimine hæretici sunt facti, superest dicendum. Casus est communis de puero, filio Christianorum, à Mauris in captiuitatem, & falsam suam religionem ducto, utrum is ad Christianos rediens, sit ut hæreticus puniendus. & ad fidem reuocandus? De hoc puero talem sententiam interposuit doctissimus pater Castro, quod monendus esset, & de vera fide docerendus: non tamen ut hæreticus, puniendus. Sed hæc sententia non probabatur magistro Mantio, schole Theologicæ Complutensis lumini. Nam in suis prælectionibus hunc puerum proprie hæreticum dicendum, tamquam à fide suscepta deficientem, censuit, tantius tamen corripendum, & ad fidem reuocandum. Quod si hæreticus, vel apostata non sit, ergo liberè potuit à suscepta fide

*Saccus benedictus inter istos profelytos honorificus habetur.*

*Pater Castro Li. 1. c. 8. de iusta hæretici puniri.*

*Opinio magistri Mantii, magis est probabilis.*

*Duodecima quarta Catechesis,*

*Erasmi error  
damnatur in  
concil. Trid.  
sess. 5. c. 4. de  
qui vi. Castro  
verbo baptis  
m°. heresi. 5*

fidē deficere, cum ad annos discretionis venit: nec facta  
spōsine in baptismo, quā patrini pro eo faciūt, tenebitur:  
ecclesia in illum ius habebit, tāquam in filiū parētū Chri  
stianorū, cōpellendi ad fidei susceptionē, postquā sui pa  
rentes illū in suo baptismo, & sua omnia Deo dicarūt, nec  
etiā relinquēdus esset suo arbitrio: (vt perperā Erasmus  
Roterodamus sensit) velit ne fidē susceptā profiteri, an  
verō illā desereret. Hoc enim dogma peruersum est, ac  
temerē cōtra totius ecclesie catholicæ vsum, & morem  
vbique locorū receptū, quę infantū renascētium professio  
nes, à catholicis patrinis eorū nomine factas approbare  
solita fuit, & eadē professores teneri declarauit. Igitur  
talis puer ad fidē reuocabitur, & in ea à suo parochō pro  
bē instruetur. Si autē nolit, (quod auertat Deus) susceptā  
fidem profiteri, sed in falsa religione diutius cōmorari,  
æquē in illum exempla fient, sicut in aliū alterius paren  
tis catholici gnatum, noientem melioris conditionis pa  
tris religionem Christianam sequi, vt tale in superiori ca  
techesi probatum fuit. Qui in iudicium vocatus, inter  
rogandus esset, an de suo baptismate, vel de religione  
Christiana suorum parentum, quam emulari deberet, à  
Christianis in illa captiuitate positus, aliquid audiuerit:  
nam si de vna, aut altera re factus fuisset certus, duplo  
maioris iudicij reus esset. His habitis ad suspectos in fi  
de, qui etiam corrigēdi, & puniendi veniunt, sermonem  
potrahimus: quorum opportunam correctionem à suis  
parochis iniungendam, potiusquā iuridicam censu  
ram Inquisitorum satis, ac satis cupio, medelamque eo  
rū ex animo sitio. Sed quid in sua significatione hoc no  
men suspectus in fide importet, primū explicare oport  
tebit ex sententia theologorum, & iurisconsultorum:

itaq;

itaq; suspectus in fide ille habetur, qui recedit à communi vita fidelium in suis moribus, & viuendi modo. vt patet ex. c. excommunicamus. §. adijcimus, de hæreticis. & patet textum procedere in deuantibus à communi conuersatione in rebus ad fidem pertinentibus: & contra quemcūq; ducentem vitam singularem, nisi constet de illius perfectione inquiri potest. Et si cōtra aliquem suspicio esset vehemens posset ei indici purgatio canonica. Vt in. c. inter de purgatione canonica: vel si probabilis tantū esset, vt in. c. excommunicamus. in principio de hæreticis, & adhuc teneretur etiam omnem hæresim abiurare, vt in. c. accusatus, de hæreticis in princip. lib. 6. Nam tam suspecti, quā hæretici redeuntes ad fidem, abiurare tenentur: vt patet in dict. c. accusatus in principio. Et inquisitores procedunt cum episcopis, vel eorum vicarijs, non solū contra hereticos, sed cōtra suspectos de heresi, vt est text. in. c. vt officiū inquisitionis in princip. ibi, vel suspectos de hæresi, lib. 6. & in Clement. mult. crū. §. verūm. ibi, contra suspectos de hæresi. & in Clemēt. unica. §. sanè ibi, contra diffamatos, vel suspectos de vsuris. Et in. c. cum contumacia, de hæreticis, lib. 6. Tandem in Clement. 1. de religio. domi. dicitur, suspectum in fide, perindè vt hæreticum, ab ecclesia pellendum, & auellendum. Sententia autem contra suspectos per vtrosq; iudices, episcopos, vel eorum vicarios, & inquisitores proferri debet, vt nouiter decisum est in dicta Clemēt. multorum quærela in principio, quāuis de iure antiquo sigillatim quilibet eorū, vel episcopus, vel inquisitor (saltem contra suspectos) poterant procedere, vt patet in extrauaganti Benedicēti. XI. incipienti, ex eo quòd quædam nouella cōstitutio. Sed correctæ est quantū ad hoc, quòd



## Decimaquarta Catechesis,

*Limancas in  
Enchirid. 11.  
31. de suspi-  
cione ita defi-  
nit suspi-  
ones.*

quilibet, procedant, per adductam clementinam. Multo-  
rum querela. Sed iidem iurisperiti distinguere norūt  
suspiciones, in leues, vehementes, & violentas. Suspicio  
leuis prouenit quidem ex signis exterioribus operū,  
aut verborum, ex quibus capitur coniectura, quōd talia  
dicens, vel faciens sit hæreticus: quę coniectura non cō-  
ciudit frequenter, sed rarō, vel casu. Suspicio vehemēs su-  
mitur ex signis exterioribus operum, vel verborum, ex  
quibus sumitur argumentū concludens frequēter, quōd  
talia dicēs, vel faciens, est hæreticus: vt si quis neget pro-  
positiones fidei, quas scire tenetur: quamuis talia ignorā-  
tię causa, vel animi leuitate proferre cōtingat. Suspicio  
violenta est, quę prouenit ex signis exterioribus ex qui-  
bus concluditur semper efficaciter, & serē semper, quod  
talia dicēs, vel faciens sit hæretic⁹, vt si quis propositiones  
hæreticas publicē asserat, vel cæremonias impiorum fa-  
ciat: nā quamuis possibile sit, quōd ista omnia, absq; nota  
malitia, vel pertinacia fiant, ecclesia tamen iudicans ex  
teriora, tales homines hæretico præsumit. Vnde iuxta  
prædictā distinctionē nostra interest exemplificare, qui-  
bus in rebus, vel cæremonijs sectæ Mahometanæ isti pro-  
sciityt de præhēsi, de crimine hæreseos suspecti habeātur,  
v' sciat parochus & crimina, & suspiciones prædictas di-  
stinguere, & ea perpetrantes ad iudices sancti tribunalis  
deferre. Cū verō suspicio (teste D. Thoma in sua sūma)

*S. Tho. 2. 2.  
q. 60. art. 3.  
ad. 2.*

malum de alio suspicionem inuoluat, si hæc referta sit cū  
caussa sufficienti, iudicium iustum efficiet, aliās sine tali  
caussa temerarium: ad quod rectē proferēdum multum  
facit conditio personæ, & reliquæ circūstantię, Ergo si-  
ne vitio aliquo in primo gradu suspectorū de hæresi ho-  
minum, eos collocabimus profelytos ex secta Mahome-

tana,

tana, qui suum habitum, & Arabiæ linguam retinētes, à Christianis conciuibus in multis dissentire gaudent in vita cōmuni, & pijs moribus. Putà, quia à sacro audiendo, & sacramentorum vsu recedit; & dierum festorum cultum non integrè obseruat: nec deniq; Christianis ritibus attemperatus, cum sui generis neochristianis connubia, & comercia celebrat. Nam in his leuè de se profert suspicionem, quòd à fide catholica deficiat, non tamen temerariam, cum ex cōditione personæ, & opere exteriori sumatur iudicandi ratio. Nam & hæreticus ex tali cōmercio, & forsan catholicus potest deprehēdi. Consimile argumentū ex cibis, quibus profelyti, falsa Maurorum religione ducti, non vescuntur, interdum capitur: nam quia portinas carnes non degustant, suspecti & notati habentur in crimine hereseos: quamuis excusari possunt, quòd illis non vescantur ex vsu cotidiano, non tamen ritu suæ sectæ ducti. At de his omnibus interrogari iuridicè possunt ab Inquisitoribus, & de fide sua rationem reddent: cum suspicio ista, quamuis leuis dicatur, de ritibus sectæ Mahometanæ ab illis abiuratæ, capta sit: quos post abiurationem in baptismo factam relegare oportet: ne si in illis consenescant, facilis sit illis auerni cæscensus, facilis & lapsus in errores abiuratos. Quòd si ab illis profelytis hanc rationem Inquisitores non exigant, in hoc tempore, non idè eam prætermittēdam censent, quia suspecti non sint: sed quia tempus deficeret pro faciēda, & reddēda à profelytis istis suæ fidei ratione, eam omnes sic de leui saltim suspecti habeantur, qui habitum cum Algarabia, & aliquot ritibus Mahometanis retinent. Sed accedet aliquando ad eos Principis nostri catholici decretum, pro illis omnibus de medio tollendis, non enim

*Hoc dicitur contra Simancas. tit. 41. allegato, §. 7. Vbi citat doctores nostræ sententiæ à quibus dissentit.*

### *Decima quarta catechesis,*

differt in aliud tempus, sed opportunitatem, & occasionem pro ista relegatione propediem expectat: quod ex illa actione Valentina, & votis præsulorum piorum, & magna Philippi nostri pietate, & zelo fidei Catholicæ augendæ, abundè nobis constitit. Qui superstites super terram tantisper temporis fuerint, citiùs videbunt vota nostra completa, & Hispaniæ regna pace publica, & tranquillitate diu optata iam frui. In alia suspicionis specie vehementer notati sunt, qui circumcisionem colunt, & ex paterna tantum traditione se, ac filios suos circumcidunt, nondum scientes illam per baptismum fuisse euacuatam, egenam, & totius virtutis, & significationis expertem. Nam si id scirent, & loco baptismi suscipiendam duxerint, in violentam de hæresi suspicionem, ne dicam hæresim, misero præcipitio cadent. De circumcisione autem vitanda in superioribus multa attulimus, quæ parochis religiosè, & integrè complenda relinquo. Post circumcissores puerorum, ponentes in omnibus fatum, (quod ipsi Chizimiam vocant) recto ordine succedunt. Sunt ex Arabibus conuersis aliquot, qui ad sua auguria, & superstitiones, vt olim ante conuersionem, respicientes, fato inuitabili, vel bonæ, vel malæ fortunæ omnes suos euentus ascribunt: ac proinde liberum arbitrium hominis de medio tollunt, omniaque necessariò euenire acriter contendunt, mordicusq; tenent. Hi ad dictum pietate, veritateque referunt, de viro sapiente astris dominante, non attendunt, nec gratitudini mutæ consulentes, eam ab hominibus relegant, vt ingrati facti omnia vitia in seipsis complectantur. Nam collatum in eos beneficium, magnū, vel paruum, in suam bonam fortunam referendum censent, nulli tamen pro eo gratiarum,

*Actio Valentina habitæ an. 1566. id requirit a suo Philippo prope exequendum.*

*Qui circumcissione nunc vitatur, vehementer sunt de hæresi suspecti.*

*Qui fatum a libere arbitrio de medio tollit.*

gratiarum actionem habendam, vel rependendam. Qui ergo Chizmiam, idest bonam, aut malam fortunam gratis admittunt, ex maiorum suorum traditione, nondum plenè agnoscentes vocem, aut rem per illam significatam, in isto numero suspectorum ponuntur: qui si adhuc suam hæresim in chizmia latentem mente, & voce coherent, & labem hæresis, & pœnam eidem respondentem, vt noti hæretici, & à recta in Deum fide alieni incurrerent. His hæreticis reliquos annectere libuit, qui suæ sectæ post susceptum baptisma benè memores, vinum & omne quod inebriare potest non bibunt, cibosque à Mahomedo prohibitos respuunt, nec degustare audent, ne illius sectæ superstitiosæ violatores coram suo Mahomede arguantur. Atque isti etiam à nobis distinguendi veniunt, qua ratione falsam istam religionem profiteantur, an sequentes morem paternum, an sectam superstitiosis constantem, vt districtior pœna, ab Inquisitionibus deferenda, eos de crimine tanto conuictos maneat. Post superstitiosos in cibis secuntur binomini, qui simul Mauri & Christiani suis nominibus, cognominibus, agnominibusque dijudicari volunt, à patribus suis malè edocti: vno nomine domi vtuntur, altero ecclesiæ: & vocati quauis nominis appellatione palam respondent, vocor Petrus, & Hametus. Nam licet nomina non conveniãt, pro varijs locis distincta, illis comunia, vtiliaque reputantur, qui paternos mores referunt, nec aliam huius rei causam habent. Quasi paternarum traditionum cultores pœnas in iure stabilitas euadant, & exemplo nephario excussentur. Prò scelus! qui Mahomedum nomine profitetur, propè est vt mente, & corde eandem foueat, eiusque sectam intimiùs retectam colat. Sed nequeo satis

*Contra hos inuehitur Sif tus. V. in suo motu.*

*Binomini sunt de hæreticis si vehemèter suspecti.*



*Decima quarta catechesis.*

mirari, neque conijcere, quare in hos binominos exempla ab Inquisitionibus non fiant in regno Valentino, in quo neochristiani ferè omnes his duobus nominibus gaudent, nec propalare illa verentur; qui cum sint tam vehementer de crimine hæreseos suspecti, vna tantum admonitione pro relegandis Mahometanorum nominibus facta, ni ecclesiæ parerent illicò, formato in singulis processu veri apostatæ à fide declarandi, & pœnis debitis afficiendi essent. Biuominos alij somniorum creduli æmulantur. qui vana somnia quasi firma vaticinia, de cælo prodeuntia, & credunt, & prædicant: non timentes irrideri ab alijs, vel suspectos in fide haberi ob tam notoriam superstitionem, & somniorum vanitatem.

*Somniorū creduli in fide suspecti habentur.*

Sed libet me adducere somniorum interpretationes ab illis neotericis Christianis allatas, vt certos de illis faciã Inquisitores, & in eos, tanquam in vanos somniatores, & falsos ariolos animaduertere in hoc tempore norint. Si enim auri, aut argenti species in somnis apparuit, diuites sese futuros conijciunt: si animalium ferocium effigie, aut vmbra deterriti, ab alijs telis vel armis cõfodiendos pro certo habent: si oua in illa quiete representantur dormientibus, hæc verborum seditiones, & rixas, quasi sub ouis latentes, præfigurant: si quis etiam seipsum mortuū, vel morti proximum in somnis viderit, iam ex somnio suscitatus longam sibi vitam gratis promittit, fingitque. Si medijs illis speciebus non benè inter sese coherentibus, mulierem aliquam discoopertam viderit, eidem fummo manè sui mariti mortem instare somniator prædicat, somniumque vtique credibile reuelando, vt ipsa quasi à facie colubri quancumque leuem occasionem mortis fugiat. Denique si defluentes aquarum riuulos

per

per prata, & saxa defluere, virides cāpos florescere, pisciculos minutos per aquas natāre in sua phantasia aspexerit somno correptus, lætus sanè tanta visione aliquid boni afferente, bonorum opulentiam sibi citius affuturam ariolatur: è contra verò si carnes, aut obsonia ex carnibus condita in somnis appareāt, vano augurio seductus, malam fortunam in bonis externis sibi euenturam conijcit: & ita vana sua somnia sinistrè interpretantur, ac certa pronunciant. Qui ergo tam supersticiosi videri exoptant in omnibus prædictis ritibus, & augurijs, hi censuram Inquisitorum subire tenentur, tanquàm in multis de crimine hæreseos vehementer suspecti. Si autem in iudicium vocati resipiscant, & mores antiquos cum omnibus hæresibus abiurent, accepta salutari pœnitentia vitam suam melius componant: sin minus pœnis hæreticorum subiaceant. Denique de illis violenta præsumptio capitur, quoties in ritus Mahometanos scienter illidunt. Quare eos omnes. qui tales profelytos ex secta Mahometana, libamina prima suo Mahomedo facter-tes viderint, ad patres sacri areopagi rem omnem illicò deferant: vt suæ virtutis laudes commeritas referant, at rei tantæ prauitatis pœnas debitas recipiant. Quòd si vnus tantum testis oculatus interfuerit, cautè alios adhibeat, vt maiori testium numero reus conuictus, vel ad mentem redeat, vel potestati sæculari puniendus tradatur. Huiusmodi autem delatio in gloriam Dei cedit, qui reddet potens, & magnificus vnicuique iuxta opera sua, sicut ipse nobis repromissit.

*Violenta præsumptio ex quibus capitur.*

*Hæretic⁹ est de medio telledus subito, ne alios inficiat, quod probat Arnald⁹. q. 33. § 2. et alijs.*

# COLLECTANEA

## Decima quarta Catechesis.

- 1 **P**arochus habere debet notitiã omnium errorum sectæ Mahometana: vt valeat hæreticos, & suspectos in fide benè agnoscere, & eorũ salutem apud delectos suos iudices negotiari.
- 2 Parochus suorum profelytorum ex secta Mahometana subleuator esse debet: & eorundem in fide confirmator, si in hæresim, vel errorem illius sectæ ceciderint.
- 3 Locus ille D. Pauli, post vnam & alteram monitionem hæreticum deuota, rectè expmitur de hæreticis tantum illius temporis, & non de alijs.
- 4 Saccus benedictus ab istis neochristianis honorificus habetur, quem renouari ab Inquisitoribus petũt.
- 5 Parochus suos subditos moneat, vt si quẽ à fide apostatate viderint, illicò ad Inquisitores deferant.
- 6 Paruulus baptizatus, & in secta Mahometana enutritus, hæreticus cesetur: sed mitius puniendus venit.
- 7 Paruulus iste nolens ad fidem reuertere, vt hæreticus est puniendus.
- 8 Error Erasmi damnatur dicentis, paruulum venientem ad usum rationis, siue libertati relinquendum esse, an seruare velit suum baptisma, aut non.
- 9 Suspectus in fide tripliciter dicitur, vel de leui, vel vehementi, vel violenta: quæ exemplis illustrantur.

Suspectus

- 10 Suspectus de leui est ille, qui habitum Maurorum, & Agyarabiam post susceptum baptismum, in multis à Christianis concubiis dissentire gaudet.
- 11 Suspectus de leui est ille, qui sacrum num audit, nec dies festos obseruat, nec ritibus Christianis sese attēperat, nec porciniis carribus vescitur, nec cōnubia, & comercia cum Christianis antiquis celebrat.
- 12 Profelysus iste in prædictis de leui suspectus potest interrogari in iudicio propter conditionem personæ.
- 13 Suspectus est de vehemēti suspicione, qui se, & filios suos circumcidit ex paterna tantum traditione.
- 14 Suspectus est de vehemēti, qui fatum, vel fortunam admittit edoctus à suis parentibus.
- 15 Binomini, & somniorum creduli vehemēter sunt de fiste suspecti, vnde de ea interrogandi sunt.
- 16 Somniorum interpretatio, à Mauris petita, adducitur: vt eam parochi legentes suos subditos valeāt de tanta vanitate in tempore redarguere.
- 17 Violenta præsumptio contra profelytos etiam ex prædictis ritibus, scienter ab illis peractis, capitur: vnde benè examinandi veniunt ab Inquisitoribus.
- 18 Violenta præsumptio in vniuersum capitur cōtra istos neochristianos, quoties in suis ritibus abiuratis deprehenduntur: à quibus & retrahendi, & debite puniendi veniunt.



# CATECHESIS

## DECIMA QUINTA, DE regimine spirituali profelytorum.

Parocho. D. Paulus dicit, quasi cum suo Tito loquatur. cap. 3. *Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire: ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare: non litigiosos esse, sed modestos: omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.*



**H**ACTENVS de catechismo profelytorũ, nũc de eorum regimine, tã spirituali, quã tẽporali, aliquid boni afferre oportet, vel ex legibus cõditis, vel parta experientia in illis ad ministrandis: ne diminutus videar in nostro opere catechetico. Dabit enim dominus omnia, quæ dicenda restant, qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat. Sunt autem multa necessaria pro republica neochristianorũ ex secta Mahometana probè ministranda in pace publica, & tranquillitate: quæ omnia sigillatim enarrare oportebit primò plebanis, deindẽ potestatibus, seu præfectis vrbiũ, *Gladium domini non sine caussa portantibus ad viridi Etiam malorum, laudem verò bonorũ: vt iam tandẽ ad metam optatam contingere nobis liceat. Ne verò dicta à nobis reperantur, quæ forsan legenti nauseam prouocent, ea tantũ, quasi summus herbas, summãtim carpemus, quæ ad prædictum regimen istorum profelitorum magis cõducere videbuntur. Et quidem cum duo illi gladij, ad mẽ*  
fam

Sam Christi Iesu appositi, duas significant potestates, spiri-  
ritualem, scilicet, & temporalem, (quæ à Deo sunt ex te-  
stimonio Apostoli, sic illas cõcordes, & in bonum finem  
relatas esse expediet, quemadmodum gladij illi in vnam  
vaginam missi, quasi glutino quodam, & coctio vniuntur,  
simulque conquiescunt, & pro suo vsu seruantur. Atque  
hæ duæ potestates abundè sufficiunt pro republica Chri-  
stiana gubernanda: sicut olim duo gladij sufficientes sue  
re pro parando à Domino suo cælesti cõiuitio, in illo san-  
cto cœnaculo pro se, & apostolis sui in cœna vltima præ-  
parato, nobisque in sacro pyxide reſeruato pro spirituali  
nostra refectione. Qui ergo spirituali munere, & potesta-  
te sunt insigniti circa regimen animarum audiant Apo-  
stolum cum suo Tito, & cunctis parochis, & rectori-  
bus ecclesiasticis, mirificè sermocinantem, & dicentem.

*Ad Rom. 13.*

*Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse. Quo-*  
niam de seruis mentionem apostolus fecerat, iniungens  
illis, vt dominus suis fidelem seruirent seruitutem, in om-  
nibus bonam fidem ostendentes, & doctrinam Saluato-  
ris nostri Dei ornantes, iam nũc de alijs quamuis liberis,  
at principibus sæcularibus subiectis, consequèter, subdit,  
ac suo Tito, & in eo singulis ecclesiæ pastoribus, sic man-  
dat: *Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse.*

*Loc<sup>o</sup> cateche-  
sis expeditur*

Hæc subiectio salutaris ab ipso iure gentium, naturali le-  
gi cõformi, fuit primum introducta: nam quamuis liberi  
nascatur omnes, at postea subditi fiunt in multis suis prin-  
cipibus, & Christianæ reipublice potestatibus, à qua creã-  
tur, creatis verò legitimè suã potestatem Deus cõcedit, &  
quasi in verris substituit pro se, ac perinde dii vocantur à  
regio vate, qui suam agunt personam ita enũciat ad eos:  
*Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes.* At Deus ipse extollès

*Psal. 81.*

*Decima quinta catechesis;*

eos, quos creauit reges, & potestates, contestatur sic, *per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.*

Vndè accepta tanta à Deo potestate, (*Quoniam omnis potestas à Deo est*) leges, & iura ipsi condūt tam iustis, quam impijs; iustis autè legem implētibus præmia certa repen-

*Proverb. 16. c. Vbi Ianfenius leg. diligitur.*

dunt: at è contrà *abominabiles sunt Regibus qui impiè agunt: quoniam iustitia fundatur solium Regum. Voluntas Regū labia iusta, qui recta loquitur ab eo tum dirigitur, tum diligitur. Ut igitur à Rege optimus quisq; & dirigatur, & diligatur, eidem in omnibus subdi tenetur, ne tãto honore euacuetur, ac præmio amoris mutui frustretur.*

*1. Timoth. 1*

Subditorum obedientia in eo agnoscitur, vt dicto principis, ex mandato apostolico obediant, sententiæ pareant, latè legi capita submittant, specialia mandata adimpleant, ac tandem ad omne opus bonum paratos in sui regis obsequium sese exhibeant. Tunc sanè pro ipsis verè dicitur, *iusto non est lex posita, sed iniustis, impijs, & peccatoribus.* Sed ipsi continuis suorum plebanorum monitionibus nō tantum principibus obtemperare, sed etiam cum suis conciuibus pacem inire, ac firmiter conciliare discunt, neminem blasphemantes, cum fratribus non litigantes, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Hūc enim leges omnes tēdūt, vt principibus à Deo constitutis pareatur, & pax publica inter conciuēs christianos & profelytos glutino mutæ charitatis conglutinetur. Nam omnis discordia à diabolo est, tanquàm hu mani generis hoste, & hanc sicut zizania in medio vitici pro suo munere millies in hora disseminare non cessat, vt eius causā res magnæ dilabantur, sicut è contra parue mira concordia crescant. At odium in cordibus Mahometanorum congenitum, conceptum, in licem editum

contra

contra Christianę religionis professores vniuersos, inde nostro iudicio peruenit, quod eorum religio saltim interior (nam de exteriori ficta non loquor) nostrę fidei catholicę, & puritati Christianę opposita valde est. Non tamen ex hac radice odia, rixę, contentiones, simultates inter Mauros, vel cõuersos ex illis, & viros Christianos, pullulare debuissent, cum illis primùm Mahomedus iniunxerit, vt cum Christianis, bonis scilicet viris, Christi- que eximij vatis cultoribus, amicitias generet, nõ simu- rates: postea vero ab hac discessit sententia, quasi suis vi- ctorijs insolens, & regio nomine gloriabundus. Quò ve- rò beneuolentiam suam erga Christianos conceptã cla- riùs exprimeret Mahomedus, voluit Iudæos ad suam se- ctam recipi hac lege, atque ordine, vt priùs aquis baptis- malibus, pio ritu Christianorum, tingeret, & tanquã christate sancto perliniti, non Iudaica superstitione sul- ti, Mauri religione haberentur. Cum itaq; ex hac radice prædicta opera carnis, & clancularia, & publica homici- dia, sacrilegijs, furis, rapinisque referta enascantur, & sæ illis diligere uiendi in Christianas gentes, & nationes per orbem dif- fusas. ab illis vera religione exsolutis, anã sumatur, si à suis parochis Christum ex animo profiteri piẽ edocean- tur, prout ipsi in suo baptismo, sponderũt, cessabunt pro- sectò impia, & sacrilega scelera, adueniente iam pia, & ve- ra religione in suis cordibus acceptãda. Hanc autem do- minus pro sua misericordia largietur cunctis ad eum si- ne fictione accedentibus: immò & à fictis subitò fictio- nem tollet, donumque ipse pœnitentię largum infundet. Ergo totius Christianę reipublicę, nedũ parochorum pro neochristianis delectorum causã tractatur, dum de

*Mauri, & profelyti ex tenetur Chri- stianos ex mã dato Maha- medi.*

### Decima quinta catechesis,

rectorum impenditur in illis ad fidem susceptam retio-  
candis. Pro illis tandem ad normam Christianam, &  
fidei catholicæ regulam benè compositis, proprii pa-  
rochi orationem habebunt, tam pro suggesto, quàm  
extra illum, vt Christianis moribus isti profelyti sese at-  
temperent, cum suis conciuibus benè, & pacificè sese  
accommodent, templa adeant, sacro cotidie audiendo  
interfint, dies festos colant, catechesi vespertinæ, & ho-  
ris canonicis attentè adsint, suam salutem spiritualem  
anheleant, diesque cunctos in bonis operibus insum-  
mant, vt sic gloriarè in domino possint de dono fidei in  
eos à Deo collato: pro quo sint in perpetua actione gra-  
tiarum benè occupati, quoniam de hac locutus est apo-  
stolus dicens, *Oportet semper orare, & numquam deficere.*

Ad Thesalo.  
5. ad Coloss.  
4. & Luca.  
28.

Qui autem pater fidelis est, thesaurizare debet siquid suis  
æternam hæreditatem in cœlis, ac talem illum procrea-  
re, vt patrem suum referat in fide, & moribus. Gaudeat  
itaque filium suum cum reliquis christicolarum intra  
ecclesiam educari, ad altere sæpius accurrere, sacris of-  
ficijs, & cœremonijs interesse, catholicam institutio-  
nem perdiscere, Christianam pietatem imbibere, vt  
tanto fidei, & bonorum morum thesauro comparato  
ditescat in terris, & eodem perfruatur in cœlis. Siqui  
verò inuenti fuerint perfidi patres, retrahentes filios  
à magisterio, & catechesi suorum parochorum, hi mul-  
tis plagis vapulent iuxta delicti mensuram. Sed spero  
de sua pietate id euenturum, vt filij suorum paren-  
tum in fide, ac bonis moribus certi æmulatores sint fu-  
turi. Cum verò pueri à septennio vsque ad decen-  
nium, aut eò plus, catechesi percipiendæ inuigilantes  
summo mane singulorum dierum sint vigilaturi, con-  
gruo

gruo tempore à lacte materno veniunt depellendi, ne eodem die vtrumque lac sugant: nam vnum spirituale eotempore sufficiet, & panis cotidianus, vt & anima, & corpore alantur. Neque enim approbare possum hac in parte maternum studium in suis pueris, vt eos vsque ad septennium lacte nutriant, quò maternis moribus magis assimilentur, ac semper filij earum effœminati, & mollesiant. Transacto biennio (mandante id parochio) à lacte, & vberibus pueri repellantur, tùm ne perfidos matrum suarum miores cum lacte sugant, tùm etiam ne teneris suis infantibus, altero partu editis, lac subducatur. Quòd si vtriusque parentis desidia aliquot pueros existit vagari, quasi otio tantùm deditos, & quæstui elemosynario (qui magnus aliquibus esse solet) per vicos, & plateas contingat, hos licetor publicus iussu parochi à suo otio, & quæstu subtrahat, & in catechesi instructi, præfecto vrbis à parochio tradantur, instruendi iam ab aliquo artifice in sua arte, vel officio publico, vt inde conditionem accipientes victum suo sudore, & industria quæritent. Nam ad pium virum, & suæ artis peritum artificem puer delatus, talis euadet discipulus, qui magistrum in pietate Christiana, & arte sua valeat imitari. Tales autem erant deligendi ministri puerorum à parochis, vt sunt edituus, magister scholasticorum, & artifex artis mechanicæ, vt ab illis bonos quosque mores, & viuendi pium institutum, imbibant, & in eo consenscant, obliti iam paternarum traditionum, & rituum Mahometanæ sectæ, in quibus forsitan nutriendi forent, si eorum curæ ab infantia demandarentur. Si verò tales non inuenti fuerint, meliores saltem eligantur. Hæc pro puerorum salutifero catechismo,

*Pueri à lacte post biennium depellendi.*

*Vagi pueri præfectis vrbis à parochio tradantur in arte aliqua ab opificibus instruendi.*

*Quales futuri sint magistri puerorum, & artium opifices, qui eos doceant.*

*Decima quinta Catechesis,*

quasi præcipuo nostri animi scopo à parochis providenda perlegantur. Quales autem sint deligendi magistri scholæ, & ecclesiæ æditui operæ præciū erit aperire: quoniam ab his quasi media pars nostri catechismi pendet. Nec clā me est, eos à parochis viros probos, & totius virtutis cultores fore deligēdos, & quasi loco eorum in hoc ministerio puerorum substituēdos: sed alia virtuum, & talentorum dona in illis requiro pro paruulis in fide, & bonis moribus lactandis, & in omni virtutum genere bene educādis. Habeat parochus librum in quo pueros doctrinæ suæ assignatos conscribat, atque hunc à summo apice usque ad vltimum edituus in præsentia parochi perleget: vt præsentis pueri de sua virtute publicè commēdetur, quatenus eorum laudata virtus crescat, & in mensum glorię calcare habeat: at absentes & vocētur, & de sua perfidia coram alijs publicè arguantur. Inquirat autem parochus diligenter, cuius culpa puer catechizandus abfuerit, an propria, an parentum: vt sciat, in quem succensere debeat, culpamq; illam transferre. Hanc autē summo studio eum oportebit distinguere, in leuem, & grauem, vt consimilis pœna culpæ respondeat: nam ab aliquibus patribus vehementer in fide suspectis, timeo suorum puerorum fascinationem, ac certam insuper perditionē, qui suos filios parentum sequi vestigia fidei passibus ab ipsa infantia docent. At docti pueri, & in sua Mahometana perfidia enutriti, nullam suæ opinionis, vel electionis causam afferunt, nisi quia paterna traditione, vel præceptione illam firmiter tenent, & grandæui facti rarò, aut nunquam ab ea possunt diuelli. Cõuicti itaq; peruersi parentes de tanto crimine, vel pueri ab eis tollantur, vel in ipsos hæc cudatur faba, quòd semel aut bis tales pueros

*Parochus habeat librum, in quo pueros catechesi assignatos conscribat.*

pueros à catechesi quasi furto subtraxerit. Dum autè eductus, & magister scholæ istorum puerorum disciplinæ officio incumbunt, velim summopere, vt suis discipulis amabiles reddantur: quò pueri magis dociles fiant. Is enim fructus ex nobilitate magistri primus, cumulatèque capiatur ex sententiâ illius, qui sanctè, ac sapienter dixit, primus discendi ardor nobilitas est magistri. Accedat consequenter liberalitas, vel munificentia, qua pueros omnes, etiam incultos ad se allicient: placabuntur enim feroces muneribus exiguis, mansueti autem alij mansuetiores fient. Neque enim expediet iuxta placitum barbati magistri, vt pueri lectionem sine mercede percurret, nec psalmos sine mercede, vel exigua, decantent. Ex oblati in ecclesia pueri vescantur, præmioque pecuniario certo die condecorentur, tum quia altari deuotè inferuerint, tum quia lectionem & catechesin memoriter retinuerint. Quòd si extra ecclesiam nutriantur, & in schola sæculari edocendi, formandi que in omnibus resideant, statis horis selecti pueri ecclesiam adibunt, sanctis altaribus, & Missæ officio inferuituri, reddibunt suis mineribus ad magistrum onusti. Sollicitudo parochorum ad maiora extendetur; erga magistros puerorum, quibus de salario competenti pro suo labore, & industria informandis pueris, providebunt, vel ex redditibus ecclesiæ, vel ærario publico, vt præmium mercedi concedatur. Si verò magistri scholasticorum vel segnes in officio ministrando, vel nimis sæuientes in pueros, deprehensi à parochis fuerint, protinus ab iniuncto munere depellantur: ne mercede absque labore perfruantur, ne vè damnum magnum pueris, suæ curæ traditis, inferant, vt prius odisse literas, quàm nosse pueri incipient.

S. Ambro. li.  
de Virginib.

Ita docet. D.  
Hieron. in c.  
pistol. ad Laetam. 7. to. 1.

Præfæctis ex  
lege hoc con-  
ceditur.



De magistro  
 rü prudentia  
 erga paruu-  
 los D. Aug.  
 li. 1. confess.  
 6.9.

Sunt enim puerorum magistri interdum vaniloqui, ac  
 ira percipiunt: non in paruolos, ac teneros pueros ex-  
 candescunt, sed in eos, velut lapideos, aut siliceos ferula,  
 & flagello desumptis, insurgunt, & bis, ac ter quiescunt,  
 vt denuò miseros pueros crucient. Hos autem à mini-  
 stero parochi deponant, & tanquam dementes publi-  
 cofurentium carceri mancipandos præfectis vrbium tra-  
 dant, vt pro plagis illis multis plagis vapulent. Hæc in  
 pueris summo studio tam à parochis quam à præfectis  
 sunt peragenda, vt eorum animæ, & corpora in domino  
 lucrari pijs Christi ministris eueniat, & vtrisque pro labo-  
 re condigna merces respondeat. Sed cum ex Pauli di-  
 ctis, bonos mores colloquia praua corrumpere liquidò  
 nobis constet, operæpretium ducam profelytos istos in  
 hac veritate, & viuendi optima ratione confirmare, vt  
 & Aphrorum mutua colloquia virent, & eorum perfidi-  
 diam cum misera cæcitate excrentur. Qui ergo ex istis  
 profelytis ad maris oras Mediterranei nostri, vel eius-  
 dem confines vitam degunt Christianis conciuibus re-  
 fertis, cum vicinioribus familiaritatem, & mutuam ami-  
 citiam colant: cum Aphris autem longinquiorebus dissi-  
 dium, & apertum bellum gerant: ita, vt nec à longè eos  
 salute impertiantur, nec aue eis dicant: *Qui enim eis aue di-  
 xerit, communicat operibus eorum malignis.* Apostolo pro-  
 clamante, & nos à consortio hereticorum, & infidelium  
 retrahente. Parochorum autem hæc cura erit, vt à con-  
 uersatione omnium illorum, qui suos profelytos à fide  
 deuiare facient, aut tentare audeant, eos omnes suæ cu-  
 re commissos fortiter cohibeant, ne simul oleum, & ope-  
 ram perdant. Nam cum illis recens ad fidem conuersis,  
 pretioq; redèptis, (quos ipsi Gazios, idest, liberos nomi-  
 nant)

nant) inclim profelytos seēretius rem habere, nec sua cō-  
 uenticula facere, quoniam in fide nō plene radicati sunt,  
 & à quibus periculum subuersionis in fratribus non sine  
 caussa timetur: qua de caus. . . . . ta lege à locis maritimis  
 liberti isti longius arcentur . . . . . dæmone instigante po-  
 tius aduomitum suæ sectæ, quàm ad pietatem Christia-  
 nam oculos, & animum conijciant. Subindè etiam istis  
 profelytis lege publica prohibitu est, Guinez ortos, vel  
 oriundos in perpetuam seruitutem, vel temporalem, sibi  
 comparare, ne sua conuersatione, (si forsan in secta Ma-  
 homerana detenti sint) dæmoniorum fiāt participes, &  
 Maurorum infidelium socij: & pereat frater in mala sui  
 proximi conscientia, pro quo Christus mortuus fuit. Ut  
 igitur tanta mala præpediantur, & rudes omnes in fide  
 & moribus rectius moneātur, ac formētur, à parochis re-  
 trahendi sunt ab omni mala cōuersatione, & infidelium  
 commercio, & è contrā christicolis pijs, sanctis, in fide, &  
 charitate fundatis associandi; ut ab illis timorem & amo-  
 rem Dei discant, non tamen ab alijs susceptæ fidei deser-  
 tionem. Huc enim tendit illa viuendi, & cōuersandi pro-  
 felytis istis tradita forma à regio senatu ex mandato ca-  
 tholici nostri regis Philippi, in regali pragmatica nuper  
 edita, ut intra vereres Christianos habitationem domus  
 profelyti eligant, quatenus eorum exemplo, & vitæ insti-  
 tuto ducantur in omibus pietatis, & Christianæ religio-  
 nis officijs: & quasi eorum discipuli in sanctitate, & iusti-  
 tia coram Deo sinceri ambulent, viamque mandatorum  
 Dei currant, habentes corda suā in gratia Christi, & fauo-  
 re cœlesti dilatata. Sed parochi christicolos, medios iam  
 inter profelytos istos habitantes, singulis diebus mo-  
 neant, tum ut illis in fide teneris bonum vitæ exemplum

*In pragmati  
 ca edita, an.  
 1572. pro  
 translatione  
 profelytorū.*

*Decima quinta Catechesis,*

*Christicola  
proselytos ob  
seruet, si quid  
mali incoci-  
ues tentave-  
rint.*

præbeant, eosdemque ad se alliciant pro bonis quibus-  
que operibus in lege D<sup>i</sup> adimplendis, participesque fa-  
ciant suorum bonorum operum: tùm etiam vt atten-  
tius, cautiùsq; illos obseruent, tùm deniq; per domorum ri-  
tulas, quid agât, quid consilij cum Mahomede capiant,  
quid furti, vel homicidij clanculum perpetrent, quid cõ-  
uenticuli cum suis fratribus Mahomede deuotis cele-  
brent, tàm pro ritibus suæ sectæ absoluendis, quàm pro  
furtis, rapinis, sacrilegijs, homicidijsque, absque alijs ar-  
bitris, nisi delictorum conscijs, sua perfidia, & innata li-  
bidine insurgendi in suos Christianos conciuēs, celerius  
consummandis. Cùm verò qui malè agunt, odisse lucem  
de more habeant, super eos vigilias noctis custodient, si  
forfan sanguine plenas eorum manus videant, vel fur-  
tis, rapinisuè domus completas, vt delata caussa ad sæcu-  
lâres iudices in eos debitè animaduertant. Nam vt sunt  
multi, qui animos suos ad omnem pietatem componūt,  
ita è contra aliquot ex eodè ouili lupi voraces prodeunt  
pro ouibus mansuetis mastandis, ac tandem perdendis.  
Ego verò æquè profectò vtrorumque vitam, salutem-  
que anhelò: & misereor magis perfidorum, quàm aliorū,  
qui non nostra, sed diuina tantum misericordia, eos in  
bonis protectura, indigêt; à qua in his omnibus pendēt.

*Hoc valde  
notandū est.*

Hæc autem pia conuersatio cum christicolis tanto valo-  
ris apud istot proselytos erit, multorum tàm priorū quàm  
doctorum hominum iudicio, nedum nostro, vt si eadem  
non abutantur, omnes inueteratos mores in melius mu-  
tent, pellem exuant, Mahomedum cum suis mendacijs  
abiarent, ac renouata eorum vita, vt aquilæ iuuentus, ra-  
pinis bonorum cœlestium inhient, & attendent. Qui ita  
ad cœlestia benè animati, quid intersit homo homini,  
experi-

experimento habebunt, nam *cum sancto sancti erunt, & cum perverso, peruerterentur.* Quò verò parochis suis & associari, & cum illis de institutione fidei præhabita controvertere aliquid velint profelyti isti, suæ sedæ anticuæ penitus obliti, blanditijs, verbis familiaribus, & amicis, cum illis videntur: & si opus sit, donis quandoque temporalibus eos afficient, vt conuersationem bonam ad parochos, & omnes fidei domesticos, piè, ad iustè habeant. Ne vero temporis faciant iacturam, citius à temporalibus ad spiritualia eos leuabūt, monentes illos, vt in pietate, & obedientia suis principibus præstanda vitam transigant: vt dum diuinas, & humanas leges adimplent, nō timeant potestates, gladium pro malefactoribus portantes, sed potius animi eorum nunc spei fiducia, nunc timoris humilitate eruditi, nec formidine premantur, nec præsi timore desperent: cum ad legum obseruantiam, aliorum exemplo, & virtutis præmio, alliciuntur, roboranturque. Quare in hoc lapide mouendo, diuinarum, scilicet, humanarumque legum custodia, vires omnes suas infumment: vt dura tandem præcordia Mahometanorum, & aliorum suæ posteritatis, diuinæ legis dulcedine tacta, & tanti legislatores clementia, & latarum legum iustitia, & æquitate perculsa, (Deo pro illis ita disponente æternam eorum salutem) ad Deum conuertantur, & eidem perpetuò gratias agant, & cum suis plebanis retributionem inueniant. Hæc parochi breuiter perlegant, cōditasque leges pro regimine istorum neochristianorum, nocturna, diurnaque manu reuoluant: nam nos ad cursum consummandū lento cursu properamus.

# COLLECTANEA

## Decimæquintæ Catechesis.

- 3 Duogladij pro duabus potestatibus summuntur, ambæ autem sunt necessariae pro regimine istorum profelytorum.
- 2 Subiectio principibus delatâ multum conducit ad salutem spiritualem neochristianorum, vnde ad illâ crebrius sunt monendi.
- 3 Principes accepta à Deo potestate leges condunt, se & subditos ex natura, & conditione sua obligantes.
- 4 Subditi legibus sanâctis subiecti, facîle cum suis conciuibus pacem conciliant, & ad omne opus bonum parati redduntur.
- 5 Mauri, vel conuersi ex illis perperam cum Christianis inimicitias gerunt, cum id primû Mahomedus ex præcepto iniunxerit, vt Mauri cum Christianis amicè & familiariter conuersarentur.
- 6 Iudæi si religione Mauri fieri eligunt, ex mandato Mahomedi suscepto baptisinate ad suam falsam religionem transeant.
- 7 Profelyti docti rationem sui baptisimi ab impijs sceleribus sese abstinebunt, & Christianos conciuibus in sanâctis operibus æmulari discent.
- 8 Profelyti pro dono fidei sibi collato, iuxta apostolicû præceptû, & gratias agere, & semper orare tenentur.
- 9 Profelyti thesaurizare volentes filijs suis æternam heredita-

- hereditatem in cœlis, gaudeant eos & sacris altari-  
bus, & sanctorum officijs interesse.
- 10 Profelyti isti, si quando paruulos suos à doctrina, et  
catechesi subtraxerint, iuxta mensuram delicti pla-  
gis vapulent.
- 11 Paruuli neochristianorū à lacte sunt depeliēdi exa-  
cto biennio, ne maternos mores cum lacte sugant.
- 12 Ministri puerorū, scilicet, edituus, magister scholæ,  
officialis mechanicus, tales sunt à parochis deligēdi,  
qui erga pueros benè sint animati, & subire velint la-  
borē informādi eos plenius in fide, & bonis moribus.
- 13 Parochus librum habeat pro suis pueris catechesi  
ascribendis, vt astantes de sua virtute collauden-  
tur, & absentes corrigantur.
- 14 Parochus inquireat diligenter, an parentum culpa  
puer fuerit à catechesi subtractus, vt in eos fuba cu-  
datur.
- 15 Parochus ab aliquibus profelytis in fide suspectis  
non temerè veretur suorum filiorum subuersionem:  
curet igitur vt à perfidis patribus separentur, & ab  
alijs in fide doceantur.
- 16 Magistri puerorum amabiles ipsis efficiantur, quò  
pueri magis dociles fiant, quoniam primus discendi  
ardor nobilitas est magistri.
- 17 Magistri prædicti etiam munifici, & liberales er-  
ga suos discipulos fiant, vt mercede, quasi voluptate  
ad lectionem, & catechesin trahantur.

- 15 *Magistri, si extra ecclesiam pueros instituāt, & tatis horis ad diuina officia, & altaris ministeria pueros suos mittāt; vt & literis, & pietate vno tempore instituantur.*
- 16 *Magistris salaria publica, à parochis, vel præfectis Vrbiū taxentur, vel ex censibus ecclesiasticis, vel ex publico ærarario, prout in regali lge præfectis est permissum.*
- 17 *Magistri scholares si vel segnes in suo munere ministrando, vel nimis se uientes in pueros fuerint, ab officio illicò cadant.*
- 18 *Christiani conciuēs à parochis in tempore moneātur, vt istos profelytos cautè obseruēt, an ritus sue sectæ, vel homicidia clancularia perficiant, & ad suos iudices deferant.*
- 19 *Pia conuersatio christicolarum cum profelytis sufficit prorsus pro illis à suis sceleribus retrahendis, & ad pietatem omnem componendis.*
- 20 *Parochi de aliquibus ritibus sectæ M. hometane à parochis informantur, vt eos in profelytis agnoscat, & sua correctione ad normam rectæ fidei reuocent.*
- 21 *Parochi ad omnes, maxime autem ad profelytos, beneuolos sese exhibeant, eosq; doceant principibus, & latis ab eis legibus obedire: vt sua industria ad cælesticæ regnæ rectæ viæ perueniant.*

# CATECHESIS

## ULTIMA, DE REGIMINE

### temporali profelytorum.

Theorema ex D. Paulo scribente ad Rom. c. 13.  
*summitur, Vis non timere potestatem? bonum fac,  
 & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est, vin-  
 dex iram ei, qui malum agit.*



D H V C nobis sermo est cum pleba-  
 nis profelytorum, qui tenēt r sermonem  
 habere ad omnes, maximè autem ad præ-  
 fectos verbium, & communiter ad omnes  
 qui præfunt aduersis ex secta Mahometana:  
 ut bonū pacis Christianæ teipublicæ in dies accres-  
 cat. Illud namq; ex sententia nostra euenturum de diu-  
 na pietate confidimus, vt qui Hispaniam nostrā tam per-  
 fidis Iudæis, quàm grassar tibus per externa regna hære-  
 ticus liberam videmus, etiam his reliquijs Mahometano-  
 rum, quasi fæcibus graue olentibus, purgatam, ac perin-  
 de diuino obsequio mancipatam, citiùs conspecturi su-  
 mus: præsertim si omnes, quorum interest, ad cateche-  
 sin, & correctionem istorum profelytorum animæ qui-  
 ores reddantur. Neminem namq; in suo mūnere inge-  
 nuè, ac liberè ministrando, vel oscitantem, vel in vtram-  
 que aurem dormientem, sed è contra suprà gregem suū  
 vigilantem, etiā aloagè cupio aspicere; quò ex suis pro-  
 felytis non vellus, non casseum, non lac mulsam, (vt gre-  
 garij pastores) sed æternæ vitæ mercedem lucrentur in  
 Do-



### Decima quinta Catechests,

*Locus Paulinus ad literam exponitur.*

Domino, quidam omnibus abundantius quam petunt. Monedi igitur veniunt a parochis tam regij prætores, & iudices sæculares, quam subditi eorum, illi ut vigilant supra populum suum: isti ut ex animo, audientes iterum atque iterum Paulinum theoremata, suis potestatibus, & rectoribus in temporalibus omnibus subdantur: animosque suos a præconcepto pœnali timore cohibeant: nam bonum facientes, nil minus quam timorem ex potestate, gladium portare, ipsi concipiant. Quid enim clarius elucet, quam apostolicum paradygma ad singulos quosque, propriæ culpæ conscios propositum? *Vis, inquit, non timere potestatem? bonum fac: & habebis laudem ex illa.* Ne vero parochi ægrè, molesteque ferant, quasi superaddito onere pressi, de salute suorū profelytorum cum his, qui præfunt, cotidie agere, eosque sollicitando aliquid boni suis subditis cõsequi, certò sciant, se pro domoico grege, quem pascunt, reficiuntque, salubrius, etiã cum dispendio vitæ corporalis, debere laborare usque ad diem ultimum, in quo tandem solutionem præhabiti laboris, mercedem confertam, & coagitatam in sinibus suis portabunt. Sed principes, & potestates, & ab eis delectos iudices hortabor in Dño, ut quæ a plebanis Mahometanorū acceperint, pro suorum subditorū salute necessaria, citius exequi mandent: ac dilata salubris pharmaci potio in causa sit, ut morbus amplius in grauescat, mortemque ingerat infirmo in fide. Dũ verò parochi ad singulas quasque potestates piè, ac reuerentur accedunt, eisdem suadere curent, ut comparent veram iustitiam, pietatem, æquitatem, mansuetudinem ad omnes: quæ finem cum reliquis quas taceo, quasi forti vinculo pacis charitatis cõnexæ, benè conueniunt, & in vna sede morantur. Gaudet etenim Christianæ potestates de singulis, serua-

ta in omnibus reuerētia, in tēpore admoneri, quæ ad suū munus spectant: quæ omnia sigillatim ab illis, quasi lynceis oculis, sunt perlustranda, ordinatimq; perficiēda, de quibus pauca referam. Curet primū catholicus princeps, vel ab eo delectus minister primarius in iure, & iustitia ministrandis, vt Christianæ religionis sincerā, omnīq; ex parte illibatam fidē piē, sanctēq; obseruet: obseruatam fortiter vindicet: vindicatam viriliter propugnet, propugnatam etiā vsq; ad sanguinis, & vitæ effusionē aperto Marte defendat. Pro quibus muneribus strenuē obeundis, imperatoriam magestatem non solum armis decoratam, sed etiā legibus, earumq; legitimis executoribus, oportet esse armatam. Nam cum diuino iussu, & concessione principes in terris regnēt, qui postea regnatura sunt ex diuino inunere in cælis, iusta vt decernant, oportet, Dei tonantis partes agant, legi Dei in omnibus subdatur, cultumq; Deo debitum exhibeāt. Quæ omnia cum Philippus Rex noster, catholicæ fidei præ alijs Regibus acerrimus propugnator, à suis incunabulis ritē fuerit executus, illud iam diu de sua æmulatione in rebus fidei conceperā, cum prorsus pro salute istorum Mahometanorum procuranda: nullum lapidem intentatum esse relicturnum: ita vt nostris diebus istis profelytis vbiq; locorum dispersis, benē consulat, & vitæ mādara à suis episcopis, & delectis parochis instātius dari procuret. Quod vt sperabā, quasi certo prodigio mihi euenit. Nunc enim ipse ecclesiæ prælatos, & rectores animarū per suas literas sollicitat, suosq; senatus regios, & ab eis subdelegatos iudices, ad res fidei tutandas exitat, illi vt suis sacerdotibus, & constitutis parochis faciendorū profelitorum curam iniungant, hi autem vt specialem rationem habeāt

*Proem. in fl.*

*Philipp' Rex catholicus cotidie pulsat animos prælatorum, vt catechisme Mahometanorū incumbant, & etiā Iudices à se delegatos.*

### *Decima quinta catechesis,*

in suis ditionibus istorum neochristianorum: de quibus spem concipiant, quod sua, & parochorum opera, ad meritum, bonamque frugem citius sint tedituri. In hac enim spe fortitudo ministrorum erit, si sectæ Mahometanæ ab illis silentium fuerit impositum, à die suscepti baptismatis. Igitur qui ita silentio vtuntur, & ad Deum conuersi multis colloquijs cum eo, eiusque pijs ministris, perfrui solent, ad fidei susceptæ sublimia opera excitentur, & timore potestatis publicæ depulso, faciant bonum, laudemque; ex illa reportent: ac suo exemplo ad cõsimiles honores, bonis tantum debitos, immò ad vtramque gloriam, temporariam scilicet & æternam, reliquos Mahometanos, & eorum pesteros pulsent. Inuat namque multum bonos quosque condignis præmijs afficere, vt & ipsi in bono permanerent: iniqui vero, potestatem timentes, à cõcepta perfidia cæssent, & in alios collato honore, quasi voluptate propria trahantur. Est innata quædam in animis nostris virtus ad bonum ducens, virtutisque vestigia in omnibus quæritans: quæ vt ab ipso naturæ rectore processit, ita ad eum incessanter tendit: nec in his inferioribus bonis animus noster quiescit, sed inquietus resilit, donec ad eum perueniat. At natura, quamuis ex peccato primorum parentum cæca manserit, si aliqua manuducatur pædagogia, ad lumen tendit, susceptoque ex diuino dono virtutis, paulatimque corrigitur, & in omni bono cõfirmatur. Hoc vt sciunt omnes huius catechesis futuri ministri, ita opere compleant, & bonos quosque honoribus condecorando, alios fortites coerceant, ac si resipiscere nolint, condignis poenis afficiant. Sunt enim multi ex istis profelytis, seu Mahometanis, qui passim susceptum baptismum violant, fidem suo principi præstitam frangunt pacem reipu-

*Boni laudem à potestate accipiant, vt alij ad virtutem excitentur.*

reipublicæ Christianæ interrumpunt, in suos conciuēs clāculum insurgunt, ac denique omnia per e loca simularibus, discordijs, homicidijs, sacrilegijsque replēt. Sed quāuis hæc scelera notissima sint, nolim tamen vt ministri iustitiæ, vel alij, cui hæc res est, animos despondeant, desperantes, scilicet, de salute istorum profelytorum: sed de eorum correctione publica & priuata agāt, atque in reos delictorum iure succēseant. Sed magis cupio crimina præpediri, quā suplicijs debitis puniri, quod incredibili sua diligentia delectis in varijs regionibus, & regnis, iudicibus facile erit. Habere namque debent in scriptis singulorum profelytorum rationē, vt si à cōmuni grege scelesti aliquot abfuerint, citiūs conquirantur, & ad caulas gregis, & loca suæ mansioni perscripta reducēt, de sua absentia, & fide violata interrogentur à iudice, & huius tandem suspitionis violentæ pœnas subeant.

Qui enim mansionem in designato domicilio nō obseruat diligenter, iure habetur suspectus de quocumq; crimine in tali ditione admissio. Cū igitur satis, ac satis super hac re prouisū sit à nostro catholico Philippo, oportebit delectos à se Iudices, tanti Principis iussa implere, & regione in sibi in custodiam traditam, cunctis sceleribus prædictis, quæ à perfidis Mahometanis prodeunt, liberam reddere. Maneant in suis domicilijs, & priuatis laribus cum christicolis referti profeliti isti: domibus amicis sine offendiculo, & vicinorum damno quieti resideant: mores antiquos deserant: nouos autem cum Christianis vicinis benè attemperent: familiaritatem, & amicitiam colant: aures suas dicto principum, & parochorum suorum attentas reddant: vt non solum ab omni culpa suspitione sint liberi, sed etiam à iuridica præsumptione,

*In pragmat.  
an. 1572. &  
in regalibus  
prouisionib<sup>9</sup>  
an. 1581. &  
1583. iterū  
p̄cipitur Mo-  
risicis sub gra-  
uiori pœna,  
nem mansiones  
suas deserāt.*

*Vltima Catechesis,*

ptione, qua apud omnes Christianas gentes Mahometani isti ad fidem Christi conuersi laborant. Si hæc mandata sui principis neglexerint, sciant taxatas pœnas, in regalibus sanctionibus contentas, & in iure expressas, eos penitus subituros. Vt verò iudices, & præfecti vrbium exempla ista in maleficos, & scelestos viros edât, diligenter eos debent conquirere, & in eos animaduertere. Vt habetur. l. congruit. ff. de officio præsidis, & l. 3. sub finem eodém, titulo: concordat cum his. l. 16. titu. 4. part. 3. & l. 5. titu. 13. lib. 2. ordinament. & l. 13. titu. 4. lib. 3. nouæ recopilationis. Et in decretis idem expressè continetur. cap. iudicantem. 30. quæst. 5. & capite quærendum. 2. quæst. 7. & alijs multis in locis. Modum autem inquisitionis iuridicè faciendæ in gratiam omnium iudicum breuiter describere incipiam, vt eos ad sua munia & officia attentiores, ac vigilantiores reddam. Dum iter quocumque agunt scelesti isti viri, oblata occasione Christianum virum mactandi illicò vtuntur, cuius crinitum frontem tenent, ne quia calua est, ab illis aufugiat. Primus ex illis (alijs latentibus) nodoso palo dissimulanter accedens, siniciput, & cerebrum percutit: & priuatum sensibus facilè miserum hominem gladio, vel acu longiori interimit, ac more patrio quinque tantum vulnera infert, nec sextum apponit. Huius nescis genus HANZE ipsi appellant, quoniam quinarijs vulneribus, quasi sacrato apud Arabes numero, constat. Alij sicarij, aquilis velociores acurrunt, & GANZVAM in hominem vitam suam, id est, vindictam facto HANZE, exercere gaudent: ita vt ab illis prouerbiū antiquum exierit iam olim, non habetur bonus Maurus ille, qui in cadauer viri Christiani  
vulnus

*Quid sit Hanzæ, & Ganzuam, facere, hoc est, vindictam sumere.*

vulnus non infert. At inuentum prima luce cadauer tot, tantisque pucturis, & plagis conscissum, in Mahometanos quasi excandescens testificat numerum scelestorum, si vulnera illata numerentur, & quinq; singulis respondeant. Quo vtentes indicio delecti iudices pro regimine Mahometanorum facile inuenient sicarios, & inuen- tos infrusta concident, ac palis alligabunt, vt ex illis alij exemplum faciant, sibi, quod exussus sit. Hac enim ratio ne ductus optimus ille Mahometanorum iudex, doctor Lieuana, à senatu regio, immò ab ipso diuino numine, designatus, in Techrum, & Valenzuelam, ac reliquos criminis socios, (qui in duos viros Mondexaranos ad nūdinas Tendillanas anno septuagesimo nono, supra millesimū, ac quingentesimū, pro distrahendis, vel cōparandis mercibus, venientes, acriter inuexerant, ac mortē subitā intulerant,) iure incēpit procedere, & mira diligentia & astu captos, & de crimine isto, immo de alijs multis cōuictos, condignas pœnes sumpsit. Ob quam probatā virtutē, & incredibilem diligētiam, tanto viro dignam, à senatu regio factus est Mahometanorū sicariorū, & homicidarum inquisitor publicus, collata sibi ampla ad hanc rē potestatis atq; ex illa die omnes ferè vagos profelytos de angustia, & de iudicio in malas cruces sustulit, Deo omnipotentē, & Christianæ reip. obsequium præstās. Quare pro his sceleribus vitandis iudices curare debent, ne respublica istorum Mahometanorum plena sit ebrietatibus, libidinibus, cōmestationibus publicis, quæ furorē, siuē feruorem mali desiderij, suscitant. Passim namq; isti scelesti Ari, sua voce Monsij dicti, Bacho, & veneni indulgēt, in mille diuersorij, & priuatis domibus deventi, ex quibus mero armati à planta pedis vsque ad verticem capitis, furi-

*Doctor Lieuana de hoc necis genere apud Tendillā instructus in Moriscos insurrexit, et de illis panas sumpsit.*

bundi prodeunt, & præconcepto animi furore, ac vini feruore perciti, talia opera agūt, quę morte corporali, ne dū ciuili sunt digna. Caueant proindē præfecti vrbitū, & ab eis delegati prætores, ne profelyti isti sua cōuenticula, & conciliabula, in publicis diuersorijs, & conductis hospitijis faciant, ne in illis admissi Bacho, & veneri subseruiāt, ac postea ad sua scelera, & homicidia, (prout perfidorum mos est notissimus) diu, ac noctu diuertant: nā vt dixit sapiens, *Vinum, & mulieres apostatare homines faciūt à Deo,* & in mille errores inducere. Quia verò de mulieribus Moriscis agitur, prouideant singulæ potestates, ne his diebus meretricandi officium summant, ne vè sua libidine innata omnia loca repleant, ne ex hac conditio ne ab illis accepta, & rempublicam prolibus ex viris Christianis turpibus repletam inficiant, & suos Mahometanos ad mille scelera inducāt. Quòd si præter spem nostram euenerit, vt libidinosi adolescētes, parū ad pudicitiam intēti, ex impudicis istis mulieribus medio pretio proles susceperint, eas in suā potestatem patriam suscipiant, & piè educare faciāt. Vt habetur in iure cautum, Cap. ex literis de conuersione infidelium, in quo decernitur, vt tales pueri apud eas personas remaneant, de quibus nulla possit esse suspicio, quòd saluti, vel vitę infidiētur; & q̄ tales pueri post trienium apud patrem non suspectum ali debeant, & commorari, ne si apud matrem remanerent, ab ea ad infidelitatis errorē trahi possint. Hoc in suuorem fidei Christianę respōdet Gregorius nonus Argitinēsi episcopo. Quòd autē de suspicione alterius patris dicit, hoc de singulis venit intelligendum, vt in superioribus latē differuimus cū de doctrina puerorū catechesin confectam in lucem erimus: nam si pueri à patribus

Eccl. 1. c. 19

Cap. ex literis, de conuersione infidelium.

patribus in fide suscepta peruertantur, ab eis sunt femo-  
uendi, & pijs viris tradendi, vt ab illis in vera doctrina,  
& arte aliqua, vel opificio in hoc tempore suæ salutis ac-  
ceptabili commodè, ac piè instruantur. Loco enim parè  
tum præfecti vrbium succedūt, quorum refert multum,  
horum pupillorum piam curam in prædijs subire, quò  
& veri christiani pueri euadāt suorum dominorum exē-  
plo, & in singulis artibus, & officijs mechanicis, docti ar-  
tifices, & opifices. Iura autem in vtroq; tam ciuili, quàm  
canonico habentur, L. de curatore, & ibidem glossa. ff.  
de curat. bon. dand. & pertita. §. titul. 18. l. tertia. cum  
similibus in noua legum recopilatione. titul. de pupil, &  
minorib. quoniam iudex tam personarum, quàm bo-  
norum administrationem habet. Atque hoc idem de va-  
gis pueris à regio Philippi nostri senatu est decretū, qui  
vagari à parentibus permittuntur, inopia, & ægestate, po-  
tiusquàm vlla perfidia coacti. At istud regale mādatum  
exijt à tanto senatu sub annum septuagesimū septimum  
pro pueris istorum neochristianorum Cordubæ degen-  
tium, præfecto illius vrbis domino Garfia Suarez de Car-  
uajal Talabricēsi, viro tūm nobili, tūm in iudicijs facien-  
dis, & reipublicæ administratione, satis experto. Ex his  
autem pueris, qui melioris indolis parochis suis visi fue-  
rint, seminarijs, nuper construēdis mandato Philippi no-  
stri ex redditibus ecclesiasticis, ( prout ipse in comittijs  
Mantux Carpentanæ, anni octogesimi secūdi supra mil-  
lesimum ac quingentesimum in responsione sua petiti-  
o ni totius regni nonagesimæ tertix palam habet, & inge-  
nuè pollicetur) veniunt coaptandi: tūm vt in fide, & mo-  
ribus proficiant, tūm etiam vt suorum parentum magi-  
tri euadant, & delecti suæ gregis mercenarij pastores à

*Prouiso rega-  
lis pro vagis  
pueris expe-  
dita fuit an.  
1577.*

*In comittijs  
regibus anni  
1582. in re-  
sponsione ad  
petitionē 93.*



suis episcopis, ad pascua cœlestia oues istas errantes super suos humores ducant, ac perducant. Neq; enim iam in dubium reuocare licet, an pro filijs profelytorū, neophytorumque seminaria ista sint erigenda, & suis dotibus competenter fulcienda, cum id suo exemplo testatū

*Seminarium  
Romæ erectū  
pro filijs hæ-  
reticorum.*

reliquerit sum. Pont. Gregorius XIII. erecto Romæ amplissimo seminario pro filijs hæreticorum ad sedem apostolicam confugientibus, & alendis, & in sana ecclesiæ catholicæ doctrina piè, ac rectè formandis. Vbi verò seminaria desyderari contigerit, saltim in vrbibus, & alijs locis quàmuis angustis, si istorum puerorum copia fuerit, magistri scholares ab ipsis præfektis, & eorum locum tenentibus, tales deligantur, qui ad hanc catechesin puero- rum benè sint animati, quiq; velint oblata à publicis prætoribus mercede, quam iure possunt elargiri, in hoc pio operè piè, sanctèque tempus insummere, & de puerorū

*In noua legū  
recopilatione  
titulo de las  
residências de  
lor juezes.*

profectu tantumdem agere. Hæc obiter de paruulis profelytorum à nobis hoc in loco sunt allata, reliqua sæcula- res iudices in præhabita de pueris catechesi, si voluerint, percurrant. Redeamus iam ad locum vndè digressi sumus, & de licencia armorum deferendorum, quam sua auctoritate Monij perfidi pro Christianis perdendis, in sua capita assumunt, iuridicas prohibitiones in medium referamus. Extat generalis prohibitio ab omnibus His-

*In noua legū  
recopilatione  
titulo de In-  
dios y Moros.*

paniæ Regibus, & præcipuè à catholici s Ferdinando, & Isabella, ac deindè ab eorum posteris, vsque ad nostrum Philippum, æquissimum legislatorem, vt Mahometani, & eorundem filij, ac omnis posteritas, ne arma deferant, nec armamenta induant, sed gladijs, & cultellis absque cuspide conflatis pro cibario vsu, & re familiari vtantur; ne arrepta occasione, vt sunt ad arma ve-

ita propenſi, ſi armis accingantur, in ſuos conciuēs ir-  
ruant, eoſque trucident, perdant, ac maſtent. Ne verò  
occultius arma deferre auſint, crebrò domus eorum, &  
latibula inferna, vnà cum cellis vinarijs ſunt à prætori-  
bus viſitanda, vt in hoc crimine deprehenſi, legis ſcili-  
cet ſanctæ violatæ, quaſi proditores reipublicæ coerceā-  
tur, & pœnis à iure ſtatutis cohibeantur. Si verò ad Tur-  
cas, & alios quoſque infideles arma aſportauerint iſti  
Mahometani conuerſi, in canonem Bullæ cœnæ Do-  
mini incurrunt, & in pœnas reliquas in regalibus prag-  
maticis expreſſas: nec reſtat aliud, niſi vt eos ſicut in ani-  
ma, ita in corporis noxias, ac nociuas ſentiant. Cùm au-  
tem legiſlator non ſit pœnæ executor in ſua lege con-  
tentæ, regioſ miniſtros pœnas iſtas infligere, & de-  
linquentes rigide plectere conueniens erit, ne vel de-  
ſecta maneant impunita, vel prætermiſſæ leges riſum,  
contemptumque pariant. Conciues à præfecto, vel  
eius locum tenente de his omnibus prænoneantur; qua-  
tenus ſi ſuſpecti de aliquo crimine contigui profelyti ha-  
beantur, eorum vitæ die, ac nocte, inſidientur, vt & rem-  
publicam ſuam, & ſua capita ſalua faciant. Parietis inte-  
rim lapis clamabit, & teſtata faciet eorum ſcelera vnà  
cum Socijs, vt tanto, ac tam valido teſtimonio inulta  
ſua ſcelera non ferant iſti Mahometani, à religione  
Chriſti valde alieni. Conſimilis etiam fiat præmoni-  
tio ſecreta tam à parochiſ, quam à iudicibus ſæculari-  
bus circa res fidei, vt has linceis oculis, ſolo zelo diuini  
amoris ducti, ſedulò conciues perſpiciant, quoniam hæ  
maioris momenti, & cumulatoris damni in cauſa ſunt  
toti Chriſtianæ reipublicæ. Summoperè autem licebit  
Chriſticolas vicinos profelytorum, ſi forſan ignar

*Bulle cœnæ  
domini qua  
fuit publica-  
ta, an. 1509.  
nu. 7. quam  
Nauarrus ex-  
plicat in ſum-  
verbo ex com-  
municatio-  
num. 8.*

*Vltima catechesis,*

bentur in cotidianis erroribus, in quos Maiometani isti impingunt, paulatim, ordinatimq; instruere, vt istos per fidos homines attentius, cautiusque obseruet, & eorum errores cum errantibus ad selectum sanctum tribunal si stât. Hoc autem ministrorum huius catechismi arbitrio, & discretioni summitto: vt habita, loci, temporis, personarumque ratione, de hisce erroribus cum suis christicolis absque arbitris conferant, & secreti sigillo sua negotia claudant. Quòd si multis annorù curriculum inter Mahometanos christicolę vixerint, frustra erit quæcumque animaduersio: cum ipsi ex mutua conuersatione cū profelytis ex secta Mahometana habita, intus, & in cute, meliusquã ipsi, eosdē nouerint. At verò si neochristianorum aliquorum translatio nouiter facta fuerit, operæpretium duxerim, vt non tantum vna, sed plures adhuc monitiones de istis erroribus vanæ, falsæque sectæ, præcedant; quatenus fidei suo testimonio de illis criminibus, quæ occultis in locis perpetraverint, in iudicio conuincantur: & vel pœnitentiam pœnitebundi profelyti acceptent, vel pœnas luant. Sed sperò id ex diuina misericordia votis nostris euenturum, vt potius augende Christianæ religioni, pietatique Mahometanorù christicolæ nostri incumbant, quàm faciendis suorum conciuum denunciationibus. Dicam autem ingenuè, cur hæc pia cogitatio mentem nostram subierit, quis vè me vel nolentem, ac reluctantem in eam induxerit. Tantus est Philippi nostri erga catholicam fidem zelus (qui cum ipso ab infantia creuit, & ex vtero matris suæ cum illo fuit egressus) vt illo iam accensus, crebrius omnium ecclesiæ prælatorum, & delectorum à se præsidum in causis, corda pulset, vt & illi suos parochos, & seculares quosque iudi-

ces, tanto exemplo pulsare discant: & ipsi nec labori, nec  
continuis vigilijs parcant, in his profelytis catechizādis,  
& à vitijs coercendis. Quæ omnia sicut verbis promisit  
in ferie legis conditæ sub annum septuagesimum secun-  
dum, ita re comprobabit, haud immemor suæ fidei impi-  
gnoræ Philippus rex noster catholicus. Sed pedē mo-  
ueamus ad alia, quæ notatu digna meo iudicio cēsentur,  
à præfectis vrbium, & alijs gladium Dei in manibus ge-  
stantibus; quæ ad mercimonia, & contractus emprionis,  
& venditionis spectant. Sunt namque isti filij Aggar, &  
terræ Theman negotiatores non auri, & argenti, sed ci-  
borum, & obsoniorum, quæ ad victum cotidianum emū-  
tur: quæ à longè asportantes, tum carius diuendūt, tum  
etiam soli comparant, vt maius illis lucrum iā accrescat.  
Quid lucrum? imò, animarum & corporum dispēdium,  
si pro sua nocendi libidinē in christicoias iter agentes in-  
furgant, & sua dissimulatione cœrebri, & sensuum miras,  
concordesq; functiones, nudoso ligno lædant, & incau-  
tos perimant. Vitent potestates sæculares, (prout lege  
cautum est) auisum odi mala, & nota damna toti reipu-  
blicæ: ac potius culturæ terræ, & fructibus ex illa per-  
ceptis ex officio diuendendis, patienter isti sese accom-  
modent: ne annona carior sit, ne ve dum lucro tempo-  
rali inhiant, in foueam iam peccati cadant. Quòd autem  
nullus ex istis ciborum, vel aliarum rerum, quæ pretio  
comparant, reuenditor lucratiuus fiat, antiqua lege fuit  
iam olim interdictum, & nunc etiam satis prouisum est  
deobus mandatis regijs, ne isti aduenæ ad fidem, & re-  
gnorum Castellæ ciuilitatem, quam sine pretio ipsi com-  
pararunt, à suis perscriptis mansionibus egredi, aut ter-  
minos præfixos transgredi audeant: sed in illis tutò per-

*In pragmat.  
anni. 1572.  
c. 17.*

*Morisci pro-  
hibeatur sic-  
ri ciborū re-  
uēditores, &  
agasones.*

*In regalibus  
prouisionib<sup>o</sup>  
anni. 1581.  
& an. 1583.*

*Vltima catechesis,*

maneat, nec vltra agafonicam operam, vel locationis, & venditionis contractus exerceant. In his autem legibus non tam citò dispensare legislatorè nostrum æquissimū expediet, donec, præsens translatorum generatio Morifcorum prætereat, & alia paci publicè magis addicta, & in rebus fidei optimè prouecta, succedat. Qui autem nunc officio, & agafonica opera vtütur intra per scriptos in lege terminos, ne vt habent adhuc aliqui manus sanguinolentas, in Christianos inuehere pertètent, pileis cœrulei coloris notati, quasi fœnū in cornu (vt oliu feroces tauri) iter suū perficiant, quod & ipsis, & alijs itinerantibus certa salus erit. De his agafonibus, & negotiatoribus tantùm hanc affero sententiam, nam de alijs oportebit me, vt veracem, non tamen in hac re mendacem, esse memorem: de quibus dixeram, ad omnem ciuilitatem, & comunè honorè cum christicolis, singulos quosq; profelytos ad normam, & religionem Christianorū conciuium iam cõpositos, debere admitti in præmium suæ probatæ virtutis, quò in illis & falsa illa Mahomedi religio, imo & memoria pereat, & infamia qualiscunq; deleatur. Hæc enim est certa via extinguendi in regionibus Hispanicis sectam istam Mahometanam, quæ post octingentos, aut plures annos ex Aphrica in Hispaniam aduecta, nondū est abolita, nec extincta. In illis verò qui adhuc Mauri in cultu exteriori, & Algarabia iudicantur, nec lupinos, id est, Mahometanos mores exuerūt, eorum approbo consilium, qui exteriori aliquo signo, in habitu suo dignoscèdos fore iudicant, vt ita notati signo illo, dum extra oppida iter agunt, & à viatoribus dignoscantur, & ipsi ritus omnes Mahometanos vnà cum habitu, & Algarabia ex animo renuncient, & veri Christiani haberi, & dignosci ab omnibus

*Profelyti si  
forsan agafones  
fiat, pileo  
signati interco  
ficiant.*

*Iudei Romæ  
degentes cer-  
to signo dig-  
noscentur.*

nibus velint, pro v: decet viros Christianæ religioni tot  
retro seculis conscriptos. Neque enim aliud afferen-  
dum percepi remedium, hoc vno salubrius, vt relegato  
Numydico habitu, & Arabiæ lingua vltra Garamanthas  
profligata, Mahomedum abiurent, ac Christum Iesum  
ex toto corde profiteantur profelyti isti ex secta Maho-  
metana. Quòd si id animos suos inducant, cunctæ pote-  
states inferiores, suo Philippo, snpremo legislatori, sub-  
iectæ, præstabunt illicò in caussa hac fidei piam suam ope-  
ram, & ad legum obseruantiam debita coertione suos  
subditos, (velint, nolint vè,) compellent, ne perperam  
leges conditas fuisse conclament. Si autem citius habi-  
tu, & Algarabia, & reliquis ritibus Mahometanis isti pro-  
felyti denudandi sint, (vt iura omnia, & allata suorum  
prælatorum decreta ex æquo postulant) necesse non  
erit, vt notati signo aliquo ab alijs dijudicentur, nisi aliud  
regi nostri placuerit. Nam si renunciatio ista violentè,  
ac coactè fiat, signo notari, iudicarique profelytos istos  
expediet multùm ad suam, & suorum conciuium salu-  
tem, & ad regni illius, in quo commorantur, tranquili-  
tatem, & publicam pacem. *Principijs enim obstandum,*  
(Vt Poëta cecinit) consilium piorum est, nam si mor-  
bus ingrauescerit, fera parabitur medicina, infirmusque  
peribit in sua morbida perfidia, scilicet, sectæ Nahome-  
tanæ. Imo & peribit præfectus, qui medici munus gerit,  
& medicinam à lege taxatam rejicit, & infirmo mederi  
respuit, cum legitimè à nobis in tempore de suo munere  
admonitus fuerit. Vt quid enim leges sanctæ cõduntur, si  
deest omnino, qui legè tueatur? vt quid papyro alba ex-  
cipiuntur, si nusquam in pectore conscribantur? vt quid  
etiam singulis, ad quos spectant, intimantur, si deficit,  
legalis

*Ouidius.*

## *Ultima Catechesis,*

*Ista dissimulatio in legibus interposita nimis nocua est reipublicæ Christianæ.*

legalis executor? ut quid tandem maturo consilio eduntur à prouido legislatore, si mutat officium iudex, & legislator ex executore factus, quasi in illis nuper editis, sua dissimulatione dispensare incipit? O inauditam audaciam? O scelus morte non satis piandum? O crimen læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ, ut legalis executor à principe designatus, fiat sua auctoritate legum sanctarum vel corrector in scius, vel improuidus dispensator? Est quidem hæc ratio notissima, ob quam cunctis inferioribus iudicibus, in utramque aurem circa pragmatica, & sanctionum regalium executionem dormientibus multum illis succenseam: nec succensere desinam, donec suo munere, & potestate benè fungantur cum suis profelytis, suæ curæ, vigilantia, à principe demandatis: cum sciant tam legum, quam legibus subditorum exactam rationem ab ipsis fore in stricto iudicio exigendam, & deinde pœnam, vel laudem à supremo iudice conferendam. Ut verò tam rigidum iudicium delegati iudices euadant, ab illis pauca nunc requiram, quæ pro colophone operis huius addenda sunt. Primum in suam memoriam reducã, se non legum dispensatores à suprema potestate in terris creatos esse, sed earundem executores. Quod ut in suos animos inferat, iniuncti muneris ratio in regio, supræmoque tribunali, ab illis exigenda, & pœna interim, quæ ignauos, ac desidiosos resipiscere facit, magni ponderis erunt pro eorum memoria refricanda, & munere suo strenuè obeundo. Eosdem etiam velim in hoc opere catechetico pro sua parte exfoluendo, cum parochis profelytorum nimis concordēs, ut omnes vni Deo placere, & proximorum salutem incumbere, operæpretium ducant. Nam si Valentinis præsunt, leges habet  
oppor-

opportune editas, pro illis in pace, & iustitia continēdis: Si verò exulibus Granatensibus, vel alijs vtriusque Castellæ ciuibus, ex Mauris longa progenie repetita originem, & genus ducentibus, etiam regalibus pragmaticis de eorum gubernatione satis instruantur. Sed præ alijs cupio iudices quosque horum profelytorum, vt ante oculos semper habeāt regalem illam sanctionē anno septuagesimo secundo, recensito millesimo, ac quingentesimo: cuius summa capita ad eorum regimen, & ad puerorum doctrinam spectantia fideliter hoc in loco referam, vt dum paginam hanc reuoluūt, Philippum Regem & æquum legislatorem, quasi lupum in fabula cum ipsis loquentem, ac minas pœnarum proferentem, audiant.

*Regnū Aragonij abundat legib⁹ pro regimine suorum neochristianorum.*

P R A G M A T I C A   A N N I

1572. pro Moriscis à Granata exulibus, vt stationes suas, & regalia mandata, strictius obseruent.

**M**andatur sæcularibus iudicibus, vt translatos Moriscos in varia loca dispergant, parentes, scilicet, cum filijs, & seruis: qui cathalogo conscripti, ætate, & qualitate, & signis exterioribus notentur: & in actis publicis cathalogus obseruetur.

Vt ex suis finibus Moriscis exire volentibus, ad paucos tantum dies, à iudice licentia in scriptis concedatur, locis à quo, & ad quem tandūt, nominatis: quòd si intra hos dies non redierint, arbitrio iudicis puniantur. Hæc vero licentia probis viris, & de nullius sceleris crimine suspectis concedatur, alijs omnino denegetur.

Vt iudex non permittat de parochia in parochiam eos transire,



*Vltima Catechesis,*

transire, parocho admonito, vt in suo cathalogo denudò conscriptos, ad catechesin, & officia ecclesiastica compellat: at de loco in locum non migrent, nec extra suam stationem noua domicilia adeant, nisi de licentia supremi senatus regij. Si aliud tentauerint, grauem pœnam subeant.

- 4 Vt iudex instanter curet, ne aduenæ Morisci in suburbanis soli commorentur, sed inter Christianos veteres collati, vt eorum bonam vitam, & mores imitentur. Nam hac sola familiaritate eos citiùs ad normam vitæ Christianæ fore componendos, à cunctis concessa spes est.
- 5 Vt iudices pro his aduenis ad fidem, & bonos mores componendes, delecti, dent operam, vt pueri ecclesiasticis personis, & bonis viris Deum timentibus, at puellæ teneræ honestis matronis ad temporaneam seruitutem, tradantur: vt in Christiana religione, ac bonis moribus, in meliùs cotidè proficiant. Hoc enim munus sæcularis potestatis est, quæ erga pupillos, & orphanos, parentum vices habet.
- 6 Vt eidem iudices regalem illam pragmaticam, Madriti publicatam, vigesima die mensis Iulij, anni. 1572. ad literam obseruent, de pueris, & puellis, nondum deceniũ attingentibus, cum parentibus, vel sine illis, in bello captis, vt ad temporalem seruitutem maneat obnoxij: & peractis annis viginti liberi sint, dum modò in suorum parentum tutelam, vel administrationem nusquam redeant. Quod ab omnibus velim obseruari, cum in fauorem tam puerorum, quàm puellarum, sit tale decretum in lucem editum.
- 7 Vt eidem iudices, hoc summopere intendant, vt pueri, & puell-

& puellæ Moriscorum exulum in scholis instruantur in sana doctrina, & legere, scribereque ingenuè discant. Delectis ad hanc rem magistris in sua arte peritis, ac Deum summè colentibus, qui idonei inuenti sint pro suo munere strenuè obeundo. Hoc in loco catholica magestas, Philippus scilicet rex noster omnium suorum subditorum specialem curam gerens, daturum se operam promittit, vt prælati, parochique istorum profelytorum hanc curam subeant seruandi, docendi, in fide promouendi filios quoque exulum Moriscorum, tum vt illi suæ salutis spirituali intenti ad sint, tum etiam vt pueri in Christo Iesu, suorum prælatorum opera, salui fiant.

*Hæc promissio auctorem mouit ad hoc opus perficiendū in gratiā parochorū*

Tandem prædictis iudicibus, tam superioribus, quàm inferioribus, hæc cura à tanto principe, ac legislatore æquissimo iniungitur, vt à cunctis Hispaniæ finibus Algarabiam, idest, Arabum natiuam linguam relegare, & exterminare totis suis viribus intantur, tam Algarabiam maledictis insectando, quàm ea vtentes debitis pœnis afficiendo. At pœna transfressori legis pro priori culpa conscribitur in carcerationis per dies octo integros: pro iterata culpa prædicta pœna in duplo taxatur: pro alia tertio repetita, verbera centum, & seruitus per quadriennium in triremibus, peccantis iusta pœna decernitur. Pœna verò insanos ad mentem (vt est in prouerbio) citius redire faciet, & sectæ Mahometanæ eos pœnitens obliuisci. Huius autem legis obseruantia, & mutua cum christicolis conuersatio, sufficient meo iudicio pro istis aduenis ad Christum nunc temporis conuertendis,

*Hanc legem iudices rategram obseruent, sin minus Deo & philippo nostro pœnas dabunt.*

Quare

*Vltimæ Catechesis,*

- 9 Quare hortabor in domino cunctos huius catechismi ministros, ut postquam manum ad aratrum miserint, nec respiciant retrò, nec in suscepto munere torpeant, ne audiant pœnam in euangelio iniunctam, *non erunt apii regno Dei.* Cum iraque hi, qui gladium portant pro malorum vindicta, & bonorum custodia, tanto operi catechetico sese dederint, si errantes aliquot à suis erroribus Mahometanis iam exemerint, dicent cù Apostolis, *Servi inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.* Et quamuis immemores sint diuinæ retributionis pro tanto labore insumpto cum suis subditis, Mahomedum, & eius carnalia opera renunciãtib, & eisdem Christo, & ecclesiæ associandis, at dabit eam ille, qui dixit, *merces vestra copiossa est in cœlis.* Cui est gloria in secula.

*LUC. c. 9.*

*LUC. c. 17.*

*MARTH. 5.*

C O L L E C T A N E A

vltimæ Catechesis.

- 1 Parochi de salute suorum profelytorum cum potestatibus, & iudicibus inferioribus agant, pro quibus cum dispendio etiam propriæ vitæ laborare debent.
- 2 Philippus rex noster, sæpius animos prælatorum pulsat, ut alij curis expediti, catechismo istorum profelytorum incumbant.
- 3 Profelyti fideles laudem, & honorem à suo principe reportabunt, quorum exemplo ad virtutem, & honores comparandos reliqui excitabuntur.
- 4 Profelyti è contrà, ad vomitum suæ sectæ redeutes,  
ad

- ad mille scelera perpetranda ab innata feritate trahuntur, quos iudices sæculares oportebit corrigere.
- 5 Præfetti Mahometanis, & delagati ab eis iudices rationem omnium habeant in scriptis, ut si quando eos à sua ciuilitate abesse contingat, & conquiratur, & debitis pœnis afficiantur.
- 6 Latae leges circa ciuilitatem exulum profelytorum à suis præfectis, vel prætoribus plenè obseruentur, qui autem ex illis legem transgredi tentauerit, venit coercendus iuxta seriem in præfatis legibus contentam.
- 7 Munus sæcularis iudicis hoc est, maleficos quosq; & scelestos viros conquirere, debitisque pœnis eos punire.
- 8 Modus insurgendi in Christianos ab istis Mahometanis inuentus latè describitur, ut illatæ necis capto indicio, iuridicam inquisitionem index faciat, & inuentos homicidas condignis pœnis afficiat.
- 9 Doctor Lieuana index in Moris, & à senatu regio deletus, cum de istis indicijs apud Tendillam fuisse probè instructus, quosdam malefactores ex istis Mahometanis inquisiuit, & morientiq; damnauit.
- 10 Iudices profelytorum, eos arce de Lem à suis ebrietatibus, & turpitudinibus, publicè habitis, ne postquam Bacho, & ueneri indulserint, ad homicidia clàcularia diuertantur.
- 11 Provideat iudices sæculares, ne impudicæ Moriscæ

*M A D R I T I*

Excudebat Petrus Madrigalis,

*Anno M. D. LXXXVI.*

# INDEX RERVM notabilium.

## .A.



- B R A H A M I** filij quot fuerint bene allegoricè explicatur. Fol. 41.  
Abrahamus, què munera dederit vxoribus, & filijs in misterio declaratur. 42  
Abrahamum ædificasse templum Mechæ in loco, quo Isaacum immolauit sentit Mahomedus. 63  
Actio Valentina ann. 1566. breuem exposcit à suo Philippo executionum illorum decretorum. 132  
Amictus noster necessitati naturæ, non superstitioni debet inferuire. 24  
Anima qualiter dicitur esse in sanguine. 69  
Animalia conestibilia, & non comestibilia cur distinguantur. 71  
Arnaldus Albertinus episcopus Pactensis formam tradit impugnantis sectam Mahomedi. 85  
Astutia Mahomedi pro conseruatione suæ sectæ. 25  
Auicena irridet paradysum Mahomedi plebeum, tamquàm ridiculum. 87  
Auguria quæ sint, & vnde sumantur. 35  
Auguria, & reliquæ artes iudicialiæ damnantur à Sixto .V. in suo motu. 40

# I N D E X.

.B.

<b>B</b> alneorum duo prouerbia explicantur.	39
Balneorum vsus prohibitus profelytis ex secta Mahometana.	39
Baptismi obseruantiam parochi suos profelytos doceat.	
102	
Baptismus paruulorum magna cura à parochis erit ministrandus.	82
Binomini nomen sanctum, & Mahometanum eligētes, de hæresi sunt vehementer suspecti.	133

.C.

<b>C</b> anon tertius conc. 6. Tollet. renouandus, de iuramento à regibus præstando.	35
Cham est pater Arabicarum gentium.	34
Cham Maximus incantator, quem Mahomedus est imitatus.	34
Cham incantauit Noe patrem suum, vt generare non posset.	34
Caetani error refellitur, dicentis, pro Christi imitatione licere nunc circuncisione uti.	42
Catecheses sanctorū Patrum à parochis sunt perlegendæ.	13
Catalogus puerorum, quo vocentur in ecclesia, à parochio conscribatur.	93
Catechesis pro rudibus catechizandis in die festo horâ vespertina fiat.	104
Catechesis disponet profelytos ad dignam sacramentorum susceptionem.	105
Ciborum delectus plurimos fecit Mahomedus.	63
Ceremoniæ in nuptijs Moriscorum recensentur, vitandæ à parochis,	55
Cere-	

## I N D E X.

- Cæremoniæ istæ prohibitæ sunt à nostro Philippo in pragmatica. ann. 1566. 59
- Circuncisio iniuncta est à Mahomedo sub præcepto, non tamen in die octauo. 44
- Circuncisor alterius, vel suspectus, vel hæreticus habetur. 46
- Circuncisor sui serui pœnã subit amissionis talis serui. 46
- Circuncisionem puerorum parochi impedire debent multis artibus & modis. 45
- Cõmunicatio cum infidelibus omninò venit vitãda. 80
- Confiscatio bonorum hæreticorum in omnibus regnis æquè fieri deberet, in pœnam tanti criminis. 126
- Christiani veteres coadiutores erũt parochorum in hoc catechismo peragendo. 79
- Creduli somniorum vehemẽter sunt de fide suspecti. 133

.D.

- D**AEMON in specie vulturis os deauratum habẽtis apparuit Mahomedo, eumque seduxit. 4
- Dæmon habet præconceptum furorem in ecclesiam, idèò eam persequitur. 49
- Deus Mahomedi vnus, essentia, potentia, ac loco circũscriptus. 17
- Decretum actionis Valentiniæ. ann. 1566. de tollendis habitu & Algarabia Valentinis refertur. 31
- Decretum istud qualiter, & quando exequẽdum sit, aperitur. 31
- Decretum Apostolorum de abstinẽtia ciborum latius declaratur iuxta D. Hieronymum. 69
- Dñs Bernardinus de Mẽdoza, dignitas in ecclesia Tolet. laudatus de sua sententia pro leminarijs fundãdis. 97
- Deum fecisse differentiam inter animalia comestibilia,

V 4      & non



## I N D E X.

- & non comestibilia magna ex causa probat D. Theodoretus. 72
- Dæmonum inuocatores magnis pœnis in iure contentis, puniuntur. 33
- Doctor Lievana iudex Moriscorum satis laudatus. 146
- .E.
- E** piscopi, vel visitatores examinent profelytos in doctrina Christiana. 106
- Episcopi delectis à se parochis formam dabūt, seruandi, pascendiq̄ue oues suas. 106
- Episcopatum appetere qualiter sit peccatum. 1
- Episcopatū iniunctum humiliter acceptare virtus est. 1
- Episcopatum, id est, laborem in illo iniunctum desiderare, maximæ virtutis est. 1
- Errores Mahomedi ordine Alphabetico descripti, varijs in locis breuiter impugnantur. 3
- Euangelium à parcho exponatur inter Missarum sollempnia. 104
- Euangelium Christi infallibilis veritatis, & diuinæ auctoritatis probatur. 76
- Euangelium, quod Mahomedus dicit se afferre, mendacium, & facta falsitatis est. 77
- Euangelio quod dicit credendum, docet D. August. 78
- Euangelium Christi Mahomedus exponit, sed perperam illud exponit. 85
- Euangelium secundum hominem mendacium esse probat D. Augustinus. 85
- Erasmi error, de baptismo paruulorum refellitur. 103
- Excōmunicatio latæ sententiæ feratur in parochos muñera à profelytis accipientes. 104

# INDEX.

## .F.

Fatum admittentes vehemēter sunt de fide suspecti.	132
Ferdinā. Rom. rex à Turcis oppressus à Carol. V. Imperatore fratre suo liberatur.	118
Frānciscus Ximenius Cardinalis, nō probavit versionem sacrorum librorum in linguam Arabum.	32
Fatum ponentes vehementer sunt de fide suspecti.	134
Fides Mahomedi rationi naturali obsistit.	18
Fides Mahomedi nil supernaturale admittit.	18
Fides catholica à parochis prædicanda, & secta Mahomedi impugnanda.	20
Filius ex altero patre fideli eius conditionem sequi tenetur.	89
Filius prædictus si patris fidelis nō sequatur fidem, in mala crucem rapietur.	89
Filij hæreticorum interdum nascuntur pro pensis ad carnales hæreses parentum.	96
Filius parentis sui hæretici delator quali præmio sit afficiendus.	124
Filius iste, liber ab omni infamia, sua portione paterna non erit priuandus, quæ si parua sit, de bonis fisci erit augenda.	91
Filij profelytorum ab eisdem subuersi, & tollendi, & bonis viris tradendi erunt, vt in fide instruantur.	94
Fictio interdum tollitur de cordibus infidelium in spera tō ex diuina misericordia tradit D. August.	88
Fornicatio vndè fuerit dicta.	49
Fornicarij à regno Dei sunt alieni.	49

## .G.

**G**arfias Suarez Caruaial præfectus Cordubésis laudatus.

147.195

## I N D E X.

- Cérilitæ superstitiones ab Arabibus mulieribus in aëtz,  
postquã in Hisp. dominarūt, per ordinẽ referūtur. 27
- Ginez seruos nec comparare, nec ad temporalem seruitutem habere, prohibitum est neochristianis istis. 140
- Gradus prohibiti in matrimonio à Mahomede infano, Arabibus iniunguntur. 61
- Gazij, idest, profelyti redempti cõmunionem non habeant cū Mauris, nec alios faciant à fide deficere. 118

### .H.

- H**abitum Maurorū, vel Iudæorum induere in quo casu sit peccatum viro Christiano. 25
- Habitus Maurorum ita consutus est vt magis subseruiat cæremonijs peragendis, quã corporibus tegēdis. 26
- Hereticus est citi⁹ de medio tollēd⁹ ne alios inficiat. 134
- Herus impediens baptisina serui grauitèr peccat. 88
- Helchium seu apostatarum à fide, & filiorum causa cõmittitur. Cardinali Ximenio, & præfuli Granatēsi. 89
- Homicidæ pœna taxata à Mahomede. 61

### .I.

- I**nfirmus profelytus antequã sacramenta suscipiat, piã causã pro anima instituat. 112
- Infantes filij Morisicorum interdum nascuntur circumcisi, interdum à suis patribus fiunt. 45
- Incestuosi graui pœna sunt afficiēdi, vt iura testātur. 53
- Iudæi litigabant cum Gentilibus ob escam tantum, quos concordat Apostolus. 66
- Iudæus ad sectam Mahomedi admittendus, ex mandato ipsius prius debet baptizari. 85
- Iudæorum rebellantium contra Egicam regem perfidia applicatur pro indicēda seruitute Granatēsibus. 121
- Infans baptizatus, & in secta Mahomedi enutritus, an rediens

## I N D E X.

diens ad nos, sit vt hæreticus puniendus.	130
Iudæi rebellantes contra Egicam suam ingenuitatē cum liberrate amisserunt.	121
Iudices Valentinorum leges habent pro regimine suo- rum subditorum opportunas.	151

### .I.

<b>L</b> Auacra solemnia, & minus solemnia, qualiter inter pro phytos differant.	26
Lauacra à Mahomedo inducta & animam inficiunt, & corpus.	19
Lectio catechetica à discipulis erit repetēda, vt firmius, memorie inhæreat.	103
Leges tres à catholico Philippo condendæ: erūt in fauo- rem fidelium profelytorum.	124
Leges conditæ à rege Philippo pro istis profelytis, stri- ctius obseruandæ sunt.	123
Leges regū Hispaniæ contra eos, qui vel à fide deficiunt, vel alios deficere faciunt, referuntur.	78
Liber D. Augustini de rudibus catechizādis à parochis reuoluendus, & memoriæ cōmendandus.	101

### .M.

<b>M</b> Agistri puerorum quales sint à parochis deligen- di, & meliores alijs summo studio præficiendi veniunt.	138
Magorum munera vndè processerint.	42
Magitis dono dantur pecuniæ sponsæ oblata.	55
Magister scholę qualis sit à parocho eligendus pro pue- ris istorum profelytorum in fide, & moribus forman- dis.	138
Magistri reliqui, scilicet, edituus, officialis mechanicus, quales sint à parocho seligendi.	138

Maho-

## I N D E X.

Mahomedus gloriatur de suo aduentu, & gladium Dei se nominat pro gentibus ad suam sectā coercēdis.	25
Mahomedī incrementa, & imperium dilatatum, cum reliquis.	3. & 15
Mauri & profelyti Christianos tenentur diligere ex mā dato Mahomedi.	137
Monitiones pro hæreticis corripiēdis dimittātur, quam tempore D. Pauli fiebant.	129
Modus cōuenientior pro relegādis habitu, & lingua.	31
Motus proprius Sixti. V. P. Max. describitur refertur cōtra Ariolos & iudiciarios.	40
Missæ valor infinitus ex utraque parte.	103
Missæ officio non assistens qua pœna sit afficiendus.	103
Missæ ceremoniæ ad laicos spectantes, ab istis profelytis deuotè sunt peragenda.	104
Moriens sine sacramentis, qua pœna puniatur.	109
Moriens sepeliatur in loco sacro, & sublatis de medio ritibus Mahometanis.	113
Mors præsulis, Granatensis, domini Petri Guerrero, in domino defuncti, refertur.	112
Miracula Mahomedi omnia ridicula, & humano ingenio adiuuenta.	87
Morisorum quatuor ordines ad Christum trahendorum.	20
Morisici probantur in fide suspecti, quia suillas carnes nō gustant.	73
.N.	
Natiuitas non noleat filiis profelytorū in seminario educatis.	97
Necessitas huius catechismi declaratur.	12
Nepos aui fidelis regione Maurus ad fidem compellendus	dus

# I N D E X.

- dus erit, æquè vt filius alterius patris fidelis. 89  
 Neochristiani Christianas veteres vxores dacentes, pri  
 uilegijs sunt condecorandi. 124  
 Nomina sanctorum non corrupta, illi proferant. 103

.O.

- O**blatio fiat à profelytis suo parochio in Missa. 104  
 Omina multa profelyti ex somnijs capiunt. 133

.P.

- P**arentes grauiter peccant subtrahendo filios suos à  
 fide, vel catechesi. 94  
 Parochi prima cura sit baptizandi istos paruulos. 92  
 Parochi disponant profelytos ad sacramenta. 105  
 Parochi vitent schismata & hæreses profelytorum. 79  
 Parochi doceant suos profelytos omnia fidei mysteria,  
 quæ ipsi scire tenentur. 105  
 Parochi sacramenta dignè dispositis ministrant. 110  
 Parochi morientibus assistât, & eos sepulturæ tradât. 113  
 Paruuli baptizari crebriùs sunt à parochis visitandi, ne  
 parentes illos circumcidere audeant. 93  
 Patenæ sculptæ latentem superstitionem continent. 27  
 Patrini in baptismo antiqui Christiani eligantur. 98  
 Persæ porcinas carnes non degustant. 73  
 Pius. V. sanct. Pont. decernere voluit, ne proditores pa  
 renrum hæreticorū damno, vel infamia laborarēt. 96  
 Philippus rex noster noluit cum Granatensibus pactum  
 inire, vt propter anticipatam pecuniæ solutionem in  
 corpore tantum punirentur in foro inquisitionis. 127  
 Philippus leges sanctas tulit pro Moriscis Granatensibus  
 de habitu, & Algarabia relegandis. 18  
 Philippus cotidie pulsat animos prælatorum, vt huic ca  
 techesi Moriscorum incumbant. 144

Philippus

## I N D E X.

Philippus rex catholicus probauit tractatum de semina- rijs fundandis, quæ protinus erigi iussit.	97
Porcinas carnes Mauri, & Iudæi non comedunt.	73
Pœnæ taxentur contra eos, qui officio Missæ, vel vesper- tinæ catechesi non interfuerint.	104
Pœnæ in iure contente cõtra dæmonũ inuocatores.	38
Pœnæ cõtra eos, alios à fide apostatate facientes.	77
Pœnæ cõtra discedentes ex hac vita sine sacramētis.	110
Pueri profelytorum in seminario educati ad sacerdotale munus aspirare poterunt.	93
Pueri isti, rudes inuēti, ad officia mechanica mittētur.	98
Præfecti vrbium curam Moriscorum subeant, sin minus in supremo tribunali pœnas luant.	39
Prædicatores verbi Dei duo vbera habent, idest, lac pro pueris, & escam doctrinæ pro maioribus.	100
Prædicatores à Deo mittuntur ad eos, qui verbum Dei sunt audituri.	102
Prædicatores verbi Dei ad profelytos orationē haben- tes, de hæresibus mentionem non facient.	103
Præputium aliqui super inducunt arte medica.	44
Procuratores regni a nostro Philippo petierunt, semina- ria citiùs fundari.	147
Profelyti ex secta Mahometana; in hora mortis à dæmo- ne mille modis tentantur.	109
Profelytus in fine vitæ abiurare debet Mahomedũ.	111
Profelytus fidem suam catholicã, & benedictionem fi- lij suis relinquat.	111

.Q.

**Q**uæstio examinatur de filijs Helchiũ Granatens. 89  
 Quæstio tractatur, an liceat Granatenses exules  
 ad suos lares redire, & respondetur negatiuè. 80  
 Rebel-

# I N D E X.

.R.

**R**ebellio Granatensium describitur. 13. 89. 120  
 Repudij lex admiffa est à Mahomedo. 51

.S.

**S**acramēta omnia æquè sunt ministranda profelytis,  
 sicut & alijs, si ad illa fuerint benè dispositi. 105  
 Sacramētū pœnitentiæ profelytis ministrabitur, si tres  
 partes illius secum tulerint. 105  
 Sacramētum Eucharistiæ dante parochio testimonium  
 de suo profelyto, de licentia episcopi, vel eius vicario  
 eidem ministrabitur. 105  
 Sacramentalis absolutio denegabitur profelytis non be-  
 nè dispositis, & deprecatoria concedetur. 105  
 Sacramentum extremæ vnctionis recipienti veram pœ-  
 nitentiam concedetur, sin minus denegabitur. 111  
 Saccus benedictus ab istis honorificus habetur. 130  
 Sanguinem nec Iudæi, nec Mauri comedunt, nec qui ab  
 illis genus ducunt. 69  
 Sarraca prouincia Sarracanos producit, falsò itaque Sar-  
 raceni dicuntur. 41  
 Sectarum varietas mæra dæmonis inuentio est. 77  
 Secta Mahomedi qualis sit, & qualiter promulgata. 15  
 Secta Mahomedi figurata est in prophetia bestiarū Da-  
 nielis prophete, vt aliqui sentiunt. 17  
 Secta Mahomedi videbit tempora Antichristi. 35  
 Secta Mahomedi legi naturali obfistit. 19  
 Secta Mahomedi lotionibus leues culpas, at grauiores so-  
 lo animi dolore tollit. 19  
 Secta Mahomedi qualiter impugnanda. 20. 92  
 Secta Mahomedi mendacia, contradictiones, ac vanos  
 ritus continet. 80

Semina-



# I N D E X.

Seminaria citius fundanda essent, pro formandis ibidem filijs neochristianorum.	97
Seminario pueri ascripti ad arbitrium sui confessoris sa- cram comunionem accipiant.	89
Supulchrum Mahomedi in Mecha inuisitur.	63
Sepultura quo in loco sit eligenda à profelytis.	111
Seruitus in Granatenses rebellantes dicta iusta probatur tribus de causis.	121
Suspicio triplex in iure exemplis declaratur.	131
Suspecti de leui, si à cõmuni fidelium vita discedant, in- terrogari possunt in iudicio.	132
Suppositio puerorum in baptismo vitãda à parochis.	82
Symbola Maurorum in portis vrbium insculpta, quid si- gnificent.	27

## .T.

<b>T</b> alentum non licet in terra abscondere.	1
Tributa noua non possunt imponi, nisi à principe potestatem habente.	124
Tributa noua, vel pedagia exigẽtes excõmunicãtur.	124

## .V.

<b>V</b> agi pueri à suis parentibus tollendi sunt.	95
Valentini Morisci ab oris maritimis diuellendi.	81
Viaticum sacramentum in quo casu liberet hominem à tota pœna purgatorij.	112
Vini prohibitio in Leuitico quid significet.	73
Vter aquar ab Agar in desertũ delatus baptisma ab Aga- renis suscipiendum figurauit.	41

## .X.

Xatiuenses profelyti à fide defecerunt. an. 1583.	81
---	----

## .Z.

Zelus Philippi pro salute Moriscorum describitur.	148
---	-----

FINIS.



